5770

RES
6038P

De Dionisio vide Schenkium in Bruto Lusitano

Dionisio,

¶ Dialogus circa quaſdã queſtiones in medicina: editus a Dioniſio ĩ medicina doctore ⁊ inuictiſſimi atqȝ maximi Joãnis huius nominis tertij. Luſitanie regis ⁊ Algarbiorũ. ⁊c. ĩ medico. Ordiniſqȝ ſancti Jacobi milite.

✠

.Re.i.

tales como este deſonrrã ſu reino. ya ſu rei. y merecia caſtigarle por ello. y aũq̃ algũas coſas aya buenas. no ſon dichas por buẽ ſtilo. y por vna buena ai tres no tales.

aũ q̃ este doctor de el hyerro dize esto de aqui arriba fue hyerro y falta porq̃ no es tã malo como dize y lo alaba Amato en las centurias. lib. 1. cet. 2

Inuictiſſimo atqꝫ maximo Joãni huius nominis tertio Luſitanie regi ⁊ Algarbiorũ. ⁊c. Dioniſius doctor eius medicus. S.P.D.

COMPRA 303638
RES 6038 P

Cogitanti mihi memoriaqꝫ: ſepe repetẽti inuictiſſime princeps: quãti maiores litterarũ ſtudia facere ſolebãt: quãtaqꝫ gloria ad doctrinas capeſſendas: hominũ animos erigebãt. Egiptij imprimis occurrere: q cũ bonarũ artiũ eſſent inuẽtores: Ceteris in eis preſtantes: ſumme colebãt: adorabãtqꝫ: ⁊ ex his ſacerdotes gubernatoreſqꝫ eligebãt. Ceſar etiã qui in media totiꝰ orbis adminiſtratione occupatus: libros de grãmatica ſcribebat. Ideo in illis tẽporibꝰ ſcientie atqꝫ artes liberales mirũ in modũ florebant teſte. n. cicerone. Honos alit artes: oẽſqꝫ incẽdimur ad ſtudia gloria: eaqꝫ ſemper iacẽt q apud quoſqꝫ ſemper improbantur. ⁊ cũ celſitudinẽ tuam antiquorũ veſtigia ſequi velle: ⁊ litteris te oblectari eaſqꝫ fouere intellexiſſem: non nihil tue maieſtati offerendũ duxi. Cui. n. litterarũ munꝰ: niſi tã alto ⁊ benignoqꝫ ꝑncipi dedicãdum fuit. Suſcipe ergo lucubrationes tui medici: quas in media egrorũ frequẽtia cuſſi: eiſqꝫ faue, ſic enin luſitanos tuos ſummo ingenio preditos: litterarũ cultores: muſarũqꝫ colonos efficies: ⁊ mihi animũ ad altiora prebebis: ingenium. n. vultu (vt aiunt) ſtatqꝫ caditqꝫ tuo.
Vale regum decus.

## Argumentum.

Duo medici ſermocinãtur adinuicẽ: quorũ vnꝰ eſt rationalis thomas nomine. Alter vero ſectã emperſcorũ ſequens dictus theſalus. Thomas vero theſalo perſuadet: vt medicine ſtudio det operã. Quapropter theſalus thome rationibus cõmotꝰ: quaſdã queſtiones in medicina interrogat: Quibus thomas ſatiſfacit: ⁊ primo theſalũ talibus aggreditur.

ncb 663373

Thomas. Dic mihi theſale quos ī arte medēdi ha-
buiſti magiſtros. the. Quippe vt verū fatear nul-
los: ſed quedā per me habui/neſcio an bene ſcita
an falſe opinata. Tho. nō ſic mihi ꝑfecto videris,
Sed dic q̄ſo vnde ergo tātū fame: ⁊ auctoritatis: fauoriſqꝫ ha-
buiſti. Quib⁹ apud multos cōmendaris. the. Rē tibi ab ori-
gine pādā: a puero aſtutie: verſutie: diligētie: mille cautelis: mi-
lleqꝫ negociādi modis: decipiēdiqꝫ: fui deditus. Quib⁹ tā cla-
rus fui: vt neminē in his ſtudijs nr̄a tēpeſtate iure mihi prefe-
ras. Et cū in his me ſatis florere ſenſiſſem: ad artem medēdi
me cōtuli. in qua ingeniū ⁊ ſciētia parum cōferunt. Aſtutie ve-
ro ⁊ cautele: propter multas rationes: amplum locū obtinēt.
Primo qr plus cum vulgo rudi ignobiliqꝫ pertractat̄: cū quo
ſeparādi ſapiētē ab inſipiēti ignaro: nomē celebre perfacile
acquirit̄: medici. n. omnis actio opinionibus non ſciētia con-
tinetur. Nā apud eos: vt plurimū operamur: q̇ neſciunt: ⁊ ea
operamur: que neſcimus ipſi. Itaqꝫ ⁊ medici alias aliud de eiſ-
dem rebus: ⁊ ſentiūt ⁊ iudicant. Et nos cōtraria ſepe dicim⁹.
Nō modo circa diuerſa: ſed in vna et eadē re: alius aliud defē-
dit: ſentitqꝫ quod veritati repugnat. Cum pl⁹ vno verū eſſe
nō poſſit. Secūdo quia plures egri euadunt: quā morti occu-
bāt: natura enim nō ſolū egritudinem depellit: ſed errores ma-
li medici corrigit. Et cū exitus acta probet: vulgus ſanos mul-
tos in manib⁹ ignari videt: cū hippocrati in curādi methodo
alijſqꝫ antiquis preſtare putat. Tertio etiā nā peritus īperit⁹
qꝫ vno quaſi modo: in egrorū cura ꝑcedūt. ſ. cū ſyrupis phar-
macis ſanguinis detractione: victus ſubtilitate: oleis vnguē-
tis: ⁊ alijs huiuſmodi: in quib⁹ vero predicti differāt. ſ. quali-
ter ⁊ quando: ⁊ quibus medicum vti primo: quo ve ſecundo:
quātoqꝫ diſtāti a temperamento oporteat: a vulgo ignoratur.
Par eſt ergo: vt ſtudiū ⁊ labor improb⁹: in hac profeſſiōe pa-
rum emolumēti afferāt. Hac ergo arte famā: ⁊ lucrū: copiāqꝫ
amicoruꝫ ſum cōſecutus. tho. Quē modū tenes erga medicos
rationales. the. Primo appello eos infortunatos: inexpertos

ſophiſtas:rationē particularē nō habētes. Sūt mihi amici:ſo
cij ſumma mecū familiaritate cōiucti. Cliētes: quos per totā
curiā diſpſos habeo. Hi ſi quid mihi proſperū ſuccedit: vbi-
qꝫ loci p̄dicant:publicātqꝫ:ſi quid aduerſum alijs accidit: tu-
bis ſonoris in aula regia:ꝛ plateis ꝛ in cōuiuijs:ꝛ in cōfabula
tionibꝰ:in oībus deniqꝫ cōgregationibꝰ diuulgāt. Hi etiaꝫ
ſi quis ſuū diē clauſerit extremū: hoc theſalꝰ nobis p̄dixit ſic
futurū:aſſerūt. Cuilibet egrotāti dicūt. Hoc morbo quōdaꝫ
laborauimꝰ:ꝛ Theſalꝰ nos optimis remedijs celeribuſqꝫ cu
rauit:eū accerſite. Hac via honorē: dignitatē: ꝛ oīa q̄ habeo
ſum adeptꝰ. Tho. vere clamare cōpellor libera me dñe a labijs
iniquis:ꝛ a linga doloſa. Sed tamē permultos vidi plures q̄ꝫ
te habuiſſe artes nō tamē ſic illuſtrē famā ſicut tu habuerūt.
Ex quo potius fatis:ſyderibuſqꝫ q̄ꝫ tue aſtutie:tribuēdū cen
ſeo. Nam ſi tibi ſydera ceſſant:nil valet incognita ſagacitas:
prudens diligēcia:ingenij acumē:memorie tenacitas: amico-
rum abūdātia:fauor popularis. Plus.n. valet hora fati beni-
gni:q̄ꝫ ſi te veneris comēdet epiſtola marti. Plurimū.n.refert
q̄ ſydera te excipiant:cum primos ceperis edere vagitus:ꝛ ad
huc a matre rubentē. Nā ſi fortuna velit:fies de cōſule rhetor
ꝛ ſi eadē vult fies d̄ rhetore cōſul:quid.n.tuliꝰ:niſi q̄dā ſecreti
mirāda potētia fati:ꝛ nō ab re profecto: cū hec inferiora a ſu-
perioribꝰ regant̄. Et ſic fuit neceſſariū: vt mūdꝰ iſte cōtigua-
retur lationibus ſuperioribus: vt omnis virtus eius inde gu
bernetur.nam vultus huius ſeculi: vultibꝰ ſuperioribꝰ ſubia-
cent:ꝛ ſic horū inferiorum mutationes indagare volentē. Pri
mo celeſtia contemplari oportet. Et ꝙ magis mireris: non ſo
lum corpora:ſed intellectū ꝛ ingenium q̄dāmodo ab eis alte-
rari:nam talem eſſe intellectū in terrenis: q̄lem pater deorū at
qꝫ viroꝝ:inducit in diem affirmat ariſtoteles. Nā licet corpo
ralia ſint in incorporeū ius habēt ratione phantaſticarū potē
tiarum:que corporee ſunt. Organo.n.corporeo tāq̄ꝫ ſubiecto
ꝛ obiecto indigent. Et ſic totum tuum negocium potius fato
q̄ꝫ tibi ipſi attribuendū eſſe arbitror. The. dicta tua ſat mihi

cũ iſtud nõ dicatur preter naturã ſed naturale ꝛ conforme mẽbriſqꝫ ſimile vnde ineſt eis virtus proprij alimẽti atractiua ꝛ illud ꝙ eſt p̃ternaturã nõ atrahit̃ ab aliquo mẽbro: vt tale ẽ. imo ad hoc dedit natura virtutẽ expultricẽ mẽbris vt poſſint innaturalia ꝛ nociua expellere. Nec expulſiones q̃ a natura fiũt irritata aliquo nocumẽto illato nõ ſũt p̃ternaturã immo a natura munere ſuo vtente fiũt. Nã vomitiões ſudores mẽſes ꝛ alie huiuſmodi expulſiones nõ preternaturã fiũt immo a natura regulariter operãte nã cũ natura careat intellectu prouidere nõ poteſt nec aliq̃d expellere donec percipiat nocumẽtũ illatũ ſic gale. tertio de virtutib⁹ naturalibus v̇tus expulſiua nõ expellit donec illud ꝙ cõtinetur ſit mẽbro cõtrariũ ꝛ ſic q̄ndo humores a natura debite operante expelluntur nõ fluũt p̃ternaturã immo vi nature Collectões etiãq̃ cretice cõtingũt nõ preternaturã fiũt immo a natura qñ etiã humores ad adenes vi fortitudinis nature fluũt ꝛ nõ p̃ternaturã cum glãdule velut ſentina ſint mẽbrorũ p̃ncipaliuꝫ. ꝛ ob hoc repercuſiua aplicari minime õꝫ. qñ apoſtemata his in locis fiũt. Idẽ eſt dicendũ quando de mẽbro p̃ncipali ad partẽ ignobilẽ aliq̃s humor fluit nã tũc nõ p̃ternaturã virtus operat̃ cũ de ſibi poſibilib⁹ ꝙ ẽ meli⁹ agat ꝛ eligibili⁹ eſt illũ humorẽ ad partẽ ignobilẽ mitti q̃ꝫ comorari in aliq̃ parte p̃ncipe. In carbuculis ꝛ alijs materijs venenoſiſ idẽ dicẽdũ eſt ijs eĩm medicũ obſiſtere nõ expedit eo ꝙ tunc natura nõ irregulariter operatur qꝛ ꝙ tuti⁹ eſt elegit. ſ. humoreꝫ venenoſũ ad extra expellere vt nõ magnã leſionẽ mẽbris interioribuſ afferat ꝛ ſic concludo meã propoſitioneꝫ eſſe verã humorib⁹ ad aliquod mẽbrũ defluẽtib⁹ p̃ternaturã ſine alia additiõe medicũ obſiſtere expedit. ſic. gale. prima apho. ſi ꝑ loca nõ apta humores natura velit deſtinare ei repugnes. ecce quomõ nullo alio addito q̄ꝫ loca nõ eſſe apta repugnare oportere inq̄t ſub hoc dicto loca nõ apta inuit humorib⁹ ad aliquod mẽbruꝫ naturaliter. vel decretorie defluẽtibus ꝛ etiam ſi venenoſi ſint non obſiſtere oportere.

In processu tue insulse suspiciōis per anathomiā ꝓbas tantā distantiā ab vno latere esse in pleuresi sicut ab alio dicto cōtrario ⁊ hoc quadā ostētiōe probas. Propterea ꝙ diuersio fit ꝑ atractionē a vena caua q̄ tantū ab vno latere sicut ab alio distat. Pro cui⁹ respōsione supponit̄ ꝑmo mēbra escā atrahere ꝑ venulas a magnis ramis vææuarū deriuatas ⁊ iste a maioribus donec ad venam cauā q̄ ab epate atrahit deueniāt. Ista propositio est gale. scđo ad glauconē ca. 8. idē tertio de ꝟtutib⁹ naturalib⁹. cap. 13. vbi dixit mēbra indigētia ex appositis. vł' vnitis nō atrahere ſʒ ex cōtentis in illorū ſpaciositate hoc est in venis. Supponit̄ scđo habētis in latere dextro pleuresim: illud latus est repletū calefactū ⁊ similit̄ sanguis ei⁹ alterat⁹ est. Lat⁹ vero opposiū nō sic nec sanguis ei⁹ vt ad p̄sens suppono. Tertio supponit̄ mēbra aliqua multū vel parū dupliciter distare posse vno mō localiter vt terra ⁊ ignis locali distātia multū distāt. Aliomodo ꝟtualit̄ vt ignis ⁊ celū nā licet ista localiter cū cōtigua sint minime distēt, plurimū tamē virtualit̄ distāt. Dico ergo licet equalis distātia localis a basilica vtriusqʒ lateris sit vt patet nam equaliter a vena caua ramificāt̄ / nō ideo equalē distantiā virtualeʒ esse imo maior distātia est a basilica lateris oppositi q̄ʒ a lateris dolētis basilica / ⁊ ꝟtualē voco qꝛ maiorē vim diuertēdi habet ne humor fluat ad latus dolēs q̄ʒ flobotomia lateris affecti ⁊ hoc qꝛ qñ oppositi lateris basilicā flobotomo sanguis a vena caua ad illā basilicā atrahit̄ nā ille ramus a sanguine ꝑ flobotomiā depauperat⁹ a stipite vene caue ꝑncipali atrahit: ⁊ tunc illi rami quos vena caua ad pect⁹ nutriēdū mittit nec nō illas partes cū infra partē illā vene caue ramificētur a qua illi rami ramificātur a vena caua atrahere conātur / q̄ cū ratiōe atractionis basilice flobotomate depauperata sit vt supponit̄ nō sibi ꝑmittit nec tm̄ q̄ntū necessariū ē sibi inuenit ergo ab alijs ramis ad aliud lat⁹ tēdētibus atrahūt cū isti ergo sint a q̄b⁹ sanguis resudat ad locū apatis cohibetur de fluxio eius vñ diuertit̄ hu

mor. Tamē qñ dolēs latus flobotomo illa flobbotomata ba ſilica nō tm̄ atrahit eo q latus illud plenū humoribus eſt: nec etiā rami qui ad latus enutriēdū dirigūt. Aꝉ vena caua nō atra hūt eo q repleti ſūt/ nā ab iſtis ſāguis ad apatis locū inmedi ate fluit. ⁊ ob hoc nō fit diuerſio. ⁊ ſic maiorē diſtantiā nō lo calē/ a lateris ſani baſilica ad dolentē locū q̄ʒ a lateris dolētis baſilica ad affectū locū eſſe dico ſʒ vtualē. qꝛ maiorē vim diuer tendi obtinet ꝓpter predictam rationē. Ob hoc dicebat gale. flobotomiā oppoſiti lateris parū iuuamentū vel oio poſt mul tū temp⁹ facere eo q ꝑ oppoſiti lateris flobotomiā plurimo interuallo diuerſio fit. qꝛ ꝑmo a vena caua illa baſilica atrahit ⁊ rurſus rami ad ſanū lat⁹ tendētes ab iꝑa atrahūt ⁊ ab alijs ramis quando ſic vena caua depauperata eſt. vt minime redde re neceſſariū ſufficiat. ⁊ ſic ab alijs ramis alterius lateris me diante vena caua atractio fit ⁊ ſic multum temporis interueni re neceſſariū eſt. ob hoc dixit nō niſi poſt multum tempus iuua mētum facere: et aliqui qꝛ hanc rationem minime inuenerunt. dixerūt licet equalis diſtantia ſit ab vtraqʒ baſilica: ad latus affectū tamē ex baſilica oppoſiti lateris nos flobotomare opor tere. qꝛ ſic ātiqui dixere ⁊ illorū experimento acquieſcēdū eſt.



gr̄a lucidioris intellect⁹ hāc figurā pono.a.⁊ b.ſit baſilice vtri uſqꝫ lateris q̄ a vena caua.c.d.ramificantur: rami vero ad pe‑ ct⁹ nutriendū tendētes coſtarūqꝫ partes ſint.d.e.locus vero af fect⁹ ſit.f.nūc dico licet.a.b.qui vene caue ſunt rami.c.d.loca‑ liter a loco affecto.f.æqualiter diſtent: nō tamē virtualiter.nā pono lat⁹ egrū ſit.e.f.latus autē ſanū ſit.c.d. flobotomiā factā a baſilica.a.magis ⁊ vehemētius diuertere certū eſt: q̄ꝫ flobo tomiā a baſilica.b.factam ⁊ hoc qꝛ quādo a baſilica .a. flobo‑ tomia fit.iſta baſilica a vene caue ſtipite principali atrahit vñ rami.d. ad pectus nutrienduꝫ tendētes a vena caua atrahūt ⁊ cū iſta ratiōe flobotomie facte depanperata ſit rami.predicti a ramis alterius lateris atrahunt vñ fluere a ramis egri lateris e.ſanguis nō permitit̄ ad locū affectū.f.⁊ ſic diuerſio fit/ tamē cum baſilicā affecti lateris.b.flobotomo a vena caua.c.d. ſan‑ guis atrahit̄. Tamē rami ad coſtarū partes.e.tēdētes a vena caua minime atrahūt: eo qꝙ ſanguie repleti ſūt ⁊ etiā lat⁹ illud cū plenū ſit ab illis ramis.e. nō atrahit ⁊ ſic diuerſio nō fit imo magis ad illā partē talis flobotomia prouocat eo qꝙ cū humo‑ res ad illud lat⁹ ſint inclinati tū doloris tūc etiā ratiōe calidi‑ tatis eiuſqꝫ imbecillitatis iſti⁹ partis affecte facta flobotomia humores currūt alterius partis ad illā partē: qꝛ ſubitiliores ſūt ideo facilius currūt: qꝛ latus illud vt ſupponit̄ ſanū eſt: ⁊ etiā ſanguis illi⁹ partis integer eſt et nō putrefact⁹ ⁊ per cōſequēs nō tantū ingroſſatus ſicut illius affecte partis: ⁊ ſic prouocat⁹ faciliter fluit: ⁊ etiā qꝛ vena caua a ſanguine depauperata per flobotomiā auidi⁹ atrahit ſangninē ſanū ⁊ imaculatū qꝛ ma‑ gis naturalis eſt ſibi.q̄ꝫ ille qui corruptus ⁊ alteratus eſt q̄lis eſt ille qui eſt in ramis lateris affecti.vñ licet per baſlice late‑ ris egri flobotomiā ſauguis a vena caua atrahat̄ eadēqꝫ atra here poſſit a ramis lateris egri facilius naturaliuſqꝫ a baſilica ſani lateris atrahit. Primo qꝛ ſanguis naturalior ⁊ ſanior eſt. Secūdo qꝛ cū grauis ſit ad venā canā facilius deſcendit q̄ꝫ a ramis egri lateris aſcndat ⁊ ſic nō tantā diſtāciā virtualē eſſe

ab vno latere ſicut ab alio cõcludo Bene ergo te parũtã in na
turalibus q̃z in medicina exercitatũ eſſe in cõfeſſo eſt.

DIcit vlterius iſte vir quiq̃ndo hoc ſcribebat iudicio
meo penelopis telã deterere conabatur in quadã ſua
ppoſitiõe indicationes curatiue a natura ⁊ eſſentia
rerũ ſumi debere ptim ab ei⁹ nature ſpecie: partim a
magnitudie ſubdit etiã ſolã magnitudiez nec explicari aut ſcri
bi poſſe (hec ille) petre age nũc quid per magnitudinẽ rerũ in
dicãtiũ intelligis nã indicatiões curatiue principaliter vt vult
gale. xj. terap. ca. pmo. a natura egritudinis ſumũtur ⁊ a cõple
xione mẽbrorũ laborãtiũ: ergo ſi magnitudo morbi calamo ex
plicari poſſit videam⁹ certũ eſt q ſic nã teſte gale. iiij. terap. ca.
v. egritudo magna tripliciter dicit pmo ratiõe particule labo
rantis.. Secũdo magnitudinis ei⁹ ratiõe vt ſi vuln⁹ magnũ ſit
Tertio malignitatis ratiõe eiuſqz accidẽtiũ malicie idẽ dixit.
7. terap. ca. 12. Omnia hec poſſunt bene cognoſci atqz ſcribi
nã mẽbri preſtantia clare nobis cõſtat: ſi vuln⁹ magnũ ſit ⁊ ma
gnã partẽ mẽbri occupet ad huc lucidi⁹ cognoſcitur. Si egri-
tudo etiaz maligna ſit. ⁊ ſeua accidẽtia affert pculdubio apre
henditur. ⁊ ſic magnitudo morbi clare cognoſci videtur. et ſi
morbi magnitudo ſolum a diſtantia egri: a diſpoſitione ſue ſa-
nitatis ſumi dicatur Licet iſta difficulter cognoſcant faciliter
tamẽ ſcribi poſſũt. Nã tm̃ iſtũ hominẽ egrotare dicimus, quã-
tũ a cõplexiõe ⁊ ſua ſanitate diſtat vñ gale. 3. terap. Regulã ad
aplicandã medicinã tradidit q̃ntũ iſte homo a ſua ꝯñe natura
li diſtat tantũ per cõtrariũ medic⁹ aplicare debet per reſpectũ
ad corpus tẽperatũ ⁊ cũ iſta regula valde clara ſit quomõ ipſe
dicat. Solam magnitudinem nec calamo nec lingua explicari
poſſe ignoro. vñ. gal. 3. terap. nihil eſſe in medicina q denotari
⁊ oſtẽdi nõ poſſit ſm ſuã ſpeciẽ elegant dicebat. forſitã adictis
eius. in libro de flobotomia fundamẽtũ accipis. vbi quãtitatẽ
vniuſcuiuſqz auxiliorũ niſi per cõiecturam nõ poſſe cognoſci

meminit ⁊ idē tertio terap. inquit q̃ntitatē vniuſcuiuſq̨ parti
cularis nec calamo nec lingua explicari poſſe. Iſta dicta gale.
ad ſuū propoſitū minime faciūt. Immo illi diſſona valde ſūt
nā gale. quātitatē rerū nō poſſe cognoſci dicere noluit nā opti
me cognoſcitur multa q̃ntitas colere peccare ⁊ etiā multa me-
lācolie: licet due vncie colere nō determinate peccare cogno-
ſcātur ⁊ hoc ad curationē parū confert: eo ꝙ in diligenti ⁊ ſa
gaci nature opere cōſiderādū eſt. Cui⁹ ē ſupflua reſecare: ⁊ def-
fect⁹ ſupplere. Sic gale. loco alegato intēdim⁹ cū ad id ꝙ cer-
tū eſt appropinquam⁹ ⁊ ſic talis quātitas ſicut iſta pūctualis cu
ratiuā intētionem nō mutat: ſed illa magnitudo de qua ſupra
agebatur. ſ. preſtantia/particule/malignitas/morbi/ ⁊ magni
tudo ei⁹. Sūt a quibus intētiones curatiue variātur ⁊ iſta op
time vt ſupra deductū fuit explicari poſſunt.

Ulterius etiam dicis ſi flobotomia p̄ma ex pede fa-
ciēda eſt: propterea q: maior diſtantia: etiā floboto
miā equaliter ex vtroq̨ brachio cōferre cōcedere de
beo eo ꝙ vtraq̨ par ſit diſtantia etiā Addis etiā cō
trarietatē in medicina nō aliud niſi morbi ablatiōē eſſe. Unū
iſtorū tuorū dictorū friuolū alterū vero inane ⁊ falſum eſt. Pri
mū patet nā nō ſolū dixi cōſulte eſſe factū ſi p̄ma flobotomia d
pede fiat propter maiorē diſtantiā: ſed q: rectitudo ſuatur. et
iſta cōfert eo ꝙ facilius diuertitur ſanguis ad inferiora facta
flobotomia de pede q̃ȝ quādo ad latus cōtrariū ꝓuocatur eo
ꝙ in diuerſione recta duo mot⁹ cōcurrūt. ſ. motus humori⁹ ad
inferiora quia grauis ē ⁊ nature ipſ ad inferiora expellentis.
Tū q̃ndo ad lat⁹ oppoſitū ſanguis reuocatur: ſolū ibi ratione
mot⁹ nature expellētis. diuerſio fit: nō autē alter mot⁹ natura-
lis humoris ibi cōcurrit nā humor nō lateraliter mouet ex pro
pa inclinatiōe ſed vi nature. Ob hoc in libro de flobo. gale. di
cebat in pleureſi flobotomiā ſm rectū factā iuuamē euidētiſſi-
mū multotiens oſtēdere. Ex manu oppoſita poſt multū tēpus
eo ꝙ quādo flobotomia ex pede fit: duo mot⁹ ad diuerſionē ei

to pficiendã cõcurrũt.ſ.nature:ꝛ naturalis mot⁹ humoris ad inferiora qꝛ grauis;ſed qñ de brachio flobotomia fit iuuamẽtũ tardũ ẽ.ꝛ poſt multũ tẽp⁹ eo ꝙ ſolũ vn⁹ mot⁹.ſ.aĩe ꝛ nõ humoris cõcurrit ꝛ ſic tardũ illud iuuamẽtũ fit.vñ gale.5.de vtilitate par. cap.5.dicebat illud ꝙ atrahit parati⁹ atrahit qñ ſm rectũ ẽ.Idẽ in libro de flobotomia dixit ꝙ flobotomia gratia ãtipaſeos facta in ea q̃dẽ q̃ ſ; rectitudie; videbis iuuanẽtũ manifeſtũ ꝛ ſic illi⁹ intẽtionẽ nõ fuiſſe cõcluſiõis mee q̃; tu inepte arbitrabaris cõcludo. Sed quã dixi:ꝛ p hãc etiã cõtra te concludere poſſem:nã ſi par diſtãtia idẽ iudiciũ ẽ ſi flobotomiã ex vna baſilica vł ex alia fecero eo ꝙ p te par diſtãtia eſt.

Dices majorẽ rectitudinẽ qñ flobotomo ex latere affecto q̃; quãdo ex oppoſito ſuari. Reſpõdet i diuerſione nõ ſolũ rectitudinẽ ſed lõginquitatẽ ſeruari õ; vt inferius explorati⁹ declarabo: et cũ talis nõ inueniatur qñdo ex latere affecto flobotomiã facio ſaltẽ v̓tualis vt ſupra dixi ideo flobotomiã ex latere affecto in pncipio fieri nõ debere. aſſero.

¶ Secũdũ tuũ dictũ eſt faſu; nõ morbi ablatio finis eſt nõ efficiẽs modo finis ꝛ effeciẽs nõ coicidũt nã fnis efficiẽtẽ mouet ꝛ idẽ nõ pt eſſe mouens ꝛ motũ reſpectu eiuſdẽ effect⁹. Et qꝛ iſta in philoſophia notiſſima ſũt ideo oĩa hec omitto Scdo etiã argumẽtat̃ nã bona pars medẽdi artis in electiõnis cõtrarij cõſultatiõe v̓ſat̃ vt eſt notũ: ergo morbi ablatio eſſe nõ poteſt qꝛ finis nõ cadit ſub cõſultatiõe ſ; media vt ari.3.ethi. ſeq̃t̃ ergo ꝙ ꝯtrariũ i medicina nõ ẽ morbi ablatio Tertio argumẽtat̃ qꝛ medic⁹ p ꝯtrariũ opat̃ ergo nõ eſt morbi ablatio:tenet ꝯñа eo ꝙ morbi ablatio ẽ effect⁹ ꝯtrarij ꝛ nõ cõtrariũ:ꝛ ſic ꝯtrarietatẽ i medicĩa nõ eſſe morbi ablatiõe; patet;ꝯtra hoc ãpli⁹ inſiſtere nõ libuit eo ꝙ hoc aſſerere ẽ q̃ſi pma pucipia i ĩficias ire

Procedẽdo i tua ꝑteruia ais i illa ꝑpoſitiõe q̃; citaui .ſ.diuerſion ẽ ad partes lõgiquas fieri medicere debuiſſe:ſi eſt diuerſio ſimplex vel multiplex ꝛ q̃d nata ſit agere

⁊ quã poteſtatẽ habeat in medẽdo ⁊ cui morbo occurrat ⁊ illã ĩ partes diuidere ⁊ ſingulariũ potẽcias ſcrutari. Attẽdite hui⁹ viri inſolentiã in quoddã tractatu paruo q̃ ego ex fũdamẽtis antiquorũ colligere intẽdebã. circa ſanguinis detractionẽ in pleureſi tot ⁊ tanta declarare debuiſſem q̃ magno codice indigebãt nec dũ finit⁹ eſſet oreſtes (vt ille ait) nõ. n. cartas ſicut tu in tuo tractatu conat⁹ es iplere oportebat Sed illaq̃ pro itellectu propoſiti neceſſaria eſſẽt preſertim q̄ declaratio iſtorũ ab omib⁹ manifeſta eſt. ⁊ per ſepe ab auctoribus tã neotericis q̃ antiquis recitata ⁊ vnã q̃q̃ rẽ in omni loco exponere eſt alienatio vt gale. pmo pnoſti. malo breuẽ q̃ pliuũ eſſe fruſtra eim dicit per plura q̄ recte per pauciora dici poteſt vt inquit ariſt.

Appellas talẽ retractionẽ reuulſionẽ ⁊ nõ diuerſionẽ de noib⁹ nõ eſt curandũ qñ de re cõſtat nã eger nõ ex horũ exquiſita impoſitiõe ſed ex appoſitis remedijs ſanat: vt vult gale. 6. terap. ca. 1. Itẽ. 11. ter. ca. 12. dixit ſm platonẽ cõtẽnere nomina oportere nõ autẽ rerũ ſcientiã: nã finis erroris illorũ ad ſalutẽ humanã pertinẽtiũ ẽ pernities. in. 14. terap. cap. 9. q̄ doctrina ſciẽtiſica a re potius q̃ a noie iniciũ debet facere: eodẽ cap. dixit ſepe pcepit noia cõtẽnere ⁊ ſciẽtiaz exercere idẽ dixit. 3. de interiorib⁹ cap. vlti. Quarto vero de vtilitate particularũ. ca. 13. inquit q̄ ſm platonẽ negligẽtes noia ditiores prudẽtia ad ſenectutẽ venient. 3. etiã de accidẽti ⁊ morbo inquit. cõplemẽtũ medicine fit noticia rerũ ⁊ nõ noiz. Eodẽ tertio de accidẽti inquit bñ dixit plato de antiquis multa q̃ nõ poterã intelligi. eſſent intellecta ſi nõ dimiſiſſent vti noib⁹ aſuetis noia incõueniẽtia imponẽtes. tertio vo tegni inquit q̃les ſũt multi ſophiſtarũ negligẽtes quidẽ iparũ rerũ dr̃as in noib⁹ vero plurimũ tẽporis cõſumẽtes. 8. Mi amir. ca. 12. inquit nec ego fugio appellationẽ dũ mihi ſolũ modo cuſtodiat differẽtia rerũ in li. de q̃tuor tporib⁹ paroxiſmorũ inquit legẽ eſſe poſitã a grecis noib⁹ rerũ ab antiquis

applicet niſi equale in gradu vt Gal.3.terap.⁊.3.tegni vult: tamē virtus medicinis fauet easq; morbū ſuperare preſidiuz eis preſtando facit. hec ſolutio eſt aparens: nam artificez regulas veritati propinquiores quoad ipſe poterit afferre oportet: alioquin ſeruanda non ſeruabit: ⁊ ſic dicendum eſſet ꝙ medicus in contrario morbum excedenti adhibendo laboret. Sed nō niſi equale affirmauit: ex quo nobis equale applicari ſufficere videtur. Sed dicam ſolutionem iudicio meo ſolēniorem.

¶ Pro cuius enucleatione noto primum. Actionem attendendam non eſſe penes actiuitatem agentis ⁊ actiuitatem paſſi: ſed penes agētis actiuitatē ⁊ reſiſtentiam paſſi: hoc eſt notū in naturali philoſophia: ideo eius ampliorē declarationem ōmitto. ¶ Secūdo noto hūc ordinē inueniri inter qualitates quātum ad agere: nam caliditas inter oēs qualitates primuz gradū i actiuitate habet: ſecūdū frigiditas: tertiū vo ſiccitas vltimū vo humiditas: hec int̄ oēs q̄litates īfimū gradū in actiuitate vt vult Gal.7.terap. obtinet. Sed in reſiſtēdo econtra: nam ſiccitas ceteris qualitatibus vehemētius reſiſtit poſt eā humiditas: poſtea frigiditas vltimo vero caliditas. ſic ꝙ illa q̄litas que eſt vehemēter actiua parum eſt reſiſtiua ⁊ quia hoc totum in philoſophia conceſſum eſt ideo in eius declaratione non moror. ¶ Dico ergo applicando: equale in gradu proportio maior efficitur. Nam ſi hic homo vno gradu verſus caliditatem a ſua ſolita temperie labatur: medicinam frigidā in primo adhibeo. Iā medicina frigida que eſt agens reſpectu lapſus ad calidum: in primo efficitur proportiōis maioris: nā medicaminis frigidi actiuitas excedit reſiſtentiam caliditatis q̄ eſt patiens. Nam caliditas eſt valde debiliter reſiſtens: ⁊ frigiditas eſt agens in ſecundo gradu. Nam caliditas aliis omnibus actiuior eſt ⁊ poſt eam eſt frigiditas. vice verſa. Si quiſpiam frigiditatem verſus a ſuo temperamento in primo declinet medicamen calidum in primo applico. Iam eſt maior proportio nam caliditas primum locum in actiuitate obtinet: tamen frigiditas eſt reſiſtens in tertio loco. Primo enim ſicci-

tas reſiſtit. Secundo humiditas. Tertio frigiditas: ꝛ ſic agē
tis actiuitas paſſi reſiſtentiam excedit: ꝛ ſic actio fieri poteſt.
Idem aſſero de humiditate. Nam ſi quis a ſuo temperamen-
to humiditate deuiet primo gradu: ſiccum medicamen in pri-
mo applico: excedens proportio redditur: ꝛ hoc quia ſiccitas
inter qualitates paſſiuas eſt primo actiua: ꝛ humiditas in ſe-
cundo loco reſiſtens quia primo ſiccitas ſecūdo humiditas: ꝛ
in reſiſtēdo humiditas etiā eſt minor ſiccitate. ¶ Ex quo nota
bis hoc veritatē nō habere in ſiccitate. Si quis eni ſiccitateꝫ
in primo in naturalē habeat medicinā humidā in primo adhi-
beo nō ob hoc efficitur proportio maior q̄ ſicut ſiccitas ē ma
gis actiua q̄ humiditas: pariformiter ꝛ reſiſtiua. Ob hoc ſic
ce diſtēperātie difficilius p̄ceteris curātur humiditate enim
repellēde ſunt: cuius actiuitas valde parua eſt. Ideo eius ap-
plicatio ſepe reiterāda eſt vt per applicationē frequentē: eius
remiſſa actiuitas ſupleatur: ꝛ ſic cōcludo equale in gradu ap
plicādo maioris proportionis effici niſi in ſiccitate. Siccitas
enim humiditate actiuior ē magiſqꝫ reſiſtēs. Hoc ſenſiſſe aui
cen. 4. p̄mi arbitror: inq̄t. n. Tēpus calefaciēdi ꝛ infrigidādi
eſſe equale: ſed tēpus humectādi lōgiꝰ. Nā quātū caliditas in
agēdo frigiditatē excedit tātū frigiditas caliditatē in reſiſtē-
do exuperat. Sed nō eſt ſic in humiditate: ideo nō equale tēpꝰ
ſed lōgiꝰ eſſe aſſerit. ¶ The. oia nēpe polite adducis, equidē
hāc ſolutionē nunq̄ me legiſſe memini: ꝛ vere belle mihi ſatiſ
fecit. Ad reliqua audiēda aures libenter tibi preſtare intēdo.

## ¶ Tertie dubitationis declaratio

tho. ¶ Tertiū dubium proſequor in quo queris medicine lo
cales q̄ iecori ꝛ ſthomaco apponūtur in quo tēpore adhibēde
ſunt. Et breuiꝰ q̄ in hac materie ſētio enucleabo: treſqꝫ fulciā
ꝯcluſiones. ¶ Prima eſt: quecūqꝫ per exterius epati ꝛ ſtoma-
cho inteſtiniſqꝫ apponunt̄ quādo in ſtomacho cibꝰ nō adeſt
applicāda ſunt. ¶ Secūda cōcluſio: ſi illud locale mollificati-
uū ſit amouedū ē tēpore cibi acceptiōis. ¶ Tertia cōcluſio: ſi

illud predictorū cōfortatiuū ſit tēpore refectionis dimittēduz: tunc tamē nouiter nō eſt adhibēdū. ¶ Prima cōcluſio patet p gal. 8. miamyr: verbo vltimo: medicine locales inqt ipſe q̄ ventri ſtomachoq3 ꝛ inteſtinis apponūtur: in ſthomaco cibo non exiſtēte ſunt apponēde: de medicinis per exterius capiti applicatis inquit auicena. 1. 3. tractatu p̄mo capi. 29. verbis vltimis cūq3 cibas patiētes capitis egritudines exicca lat⁹ capitis ꝛ exponitur. i. remoue oia localia remedia. Et licet in hoc dicto de capite ſermo agatur tn̄ illud ad viſcera etiā adaptari poteſt de medicinis bibitis epati cōferētib⁹ inquit auicena. 14. 3. tracta. p̄mo ca. 18. §. Et melior horarꝫ ꝛc. Ubi clare notabis illā potionē tēpore ſtomachi vacuitatis eſſe offerendā. Et ratio eſt nā cū oēs virtutes vnico inſtrumēto. ſ. naturali calore operētur vt Gal. 1. apho. ſequitur ipſam circa duo belle intēdere nō poſſe. ꝛ ob hoc v̄tutes ſead inuicē īpediūt. Una. n. operās totū inſtrumentū. ſ. naturalē calorē ſibi vēdicat: ꝛ ſic alia pauper remanet: ꝛ eius actiones integre cōpleri nō poſſunt: itaq3 cū cibus in ſtomacho adeſt natura eſt intenta circa cibi coctionē: ſi tunc locale applicetur caloris pars ad extra trahitur ad illi⁹ actuationē vnde ābe actiones claudicabūt: vera eſt ergo cōcluſio medicine locales q̄ in qualibet parte corporis ꝛ maxime in p̄dictis nō ſunt niſi ſthomaco cibo vacuo apponēde. hoc totū Hali cōfirmauit loquēdo de iecoris obſtructione inquit. Epar emplaſtrabis ſtomacho a cibo ieiuno. ¶ Secūda cōcluſio probatur: nā locale mollificatiuū mēbrū cui applicatꝰ mollificat debilitatq3: ob hoc nō eſſe tēpore cibi aſſumptionis dimittendū cēſeo: ne ſtomachus ob eius preſentiā relaxetꝰ. hoc Gal. ſenſiſſe videtꝰ: iquit. n. in p̄dicto v̄bo. Malagma quod viſceri apponitur. ꝛ grece malagma. idē eſt quod mollificatiuū medicamē. Hoc etiā Auicena inuere videtꝰ ca. ſuperi⁹ citato dixit enim ꝛ exicca latus capitis. i. mollificatiua remedia remoue. Nā per exiccare remotio rerꝫ humidarū q̄ mollificāt intelligitur: ꝛ vtere inquit ipſe cōfortatiuis. ¶ Tertia cōcluſio ex dictis eſt euidēs. Nā ſi illud locale cōfortatiuū eſt nō eſt auferē-

dū poſtq̄ȝ iam tēpus ad actuationē ſufficiēs trāſiſſe fueris ar bitratus: nam hoc actionē ſtomachi nō diſturbat imo eiꝑ̄eſi diū affert: ⁊ ideo illud tale nō remoueas ſed ſi ad actū nōdū re ductum ſit cibū ei non offeras. Uirtus. n. tunc circa duo inten dendo minoꝛ circa ſingulū reddit: ob hoc Gal. in ſuo verbo inquit. Uſus autē omniū malagmatū q̄cunq̄ȝ ventri ⁊ ſtoma cho apponūtur: apponūtur illū dixiſſe attēde quaſi dicat. Illa localia nō offerantur ſed illa que poſita ſunt dū ſint cōfoꝛtati ua nō remoueas. ¶ Et nota illud locale quod ſtomacho appo nis conducibili⁹ eſt illud doꝛſo applicari: hoc voluit Gal. 13. terap. diſti. 2. ca. 11. Nā ſicut medicamēta gule cōferētia ſpine applicanda ſunt: ſic etiā ea q̄ ſtomacho vtilitatē pꝛeſtāt doꝛſo ⁊ hec apud duodecimā ſpōdilē applicari cōuenit. Ex quo no tas ſi intentio ſtomachū calefacere ſit et times ne hec caliditas epati cōmunicetur illud medicamē in doꝛſo ponēdū eſſe. Ex q̊ infertur ſi quiſpiā homo febꝛe conſumptrice laboꝛauerit ⁊ ei medicamē infrigidatiuum doꝛſo apponi fuerit cōducibile de cē vel vndeci ſpōdiles a nucha numerādas eſſe. Quib⁹ illud i frigidatiuū oppone ⁊ quattuoꝛ vel quinq̄ȝ relinquēs ſubſeq̄n tes illinies. Idē aſſero ſi cum febꝛe intenſa cōſumēteq̄ȝ fluxū ventris habuerit: hoc memoꝛie cōmenda. ¶ The. Fateoꝛ me in extremā etatē deueniſſe numq̄ȝ tamē ab aliquo me hec audi ſe ⁊ iam tot ſubtilitates nr̄e facultatis me docuiſti vt inter do ctos deinceps annumerer: ideo mihi pergratū facies ſi ince ptis finem impoſueris. Tho.

¶ Quarti dubij declaratio.

¶ Pro examine quarte dubitationis illud dictū Galeni. 4. terap. ca. vltimo aſſumo. Medicamē inquit ſiuis vt ad cana les pulmonis defluat infirmū ſupine iacere iubeto ⁊ illud me dicamē in oꝛe diutiſſime teneat ⁊ lacertos gule laxos dimittat nam ſic paulatim aliquid ad ipſam arteriā defluet. (hec ille) per ſupine iacere vētre verſus ſuperi⁹ cubare intelligēdum eſt ſic iuuenalis. Cubat ſupfaciē mox deinde ſupinus. Ex quo di cto notari poteſt quādo intētio eſt vt ſubſtantia medicaminis

Ontra ſcđaz ɔcluſiōez argumētoꝛ:talē ponēdo ɔclu ſionē. Corpore exiſtēte plectorico cū virtutis cōſtā- tia ad partes maxie diſtātes ꝑ flobotomiā reuulſio- nē fieri debere. Hāc cōcluſionē ꝓbo/prio gale. au- ctoꝛitate.13.terapē.ca.2.diſt.2. Sed ad lōgiſſima(inquit)ſemꝑ antipaſim facies.ꝛ ſi dicas: nō de flobotomia/ ſed de alijs di- uerſiōis ſpecieb⁹ propoſitionē hāc eſſe intelligēdā. aſſero etiā de flobotomia intelligi debere.pro quo ɔſidera in flegmōe tali diuerſiōis ſpecie vti opoꝛtere/ q̄ nō ſolū hūoꝛē diuertat a loco dolēti: ſed etiā illū hūoꝛē q̄ȝ cito ad extra coꝛp⁹ euacuet:p̄ſertim ſi coꝛp⁹ plectoꝛicū fuerit. ſic Gale.13. terap. diſt.2. ca.2. attēdē- tes quomō meli⁹ ſit ex eis vti:febriēte em̄ iam laboꝛāte nec ex- ercitijs adhuc multitudinē euacuare poſſibile eſt;nec vnctioni- bus calefaciētib⁹: nec multa frictiōe queadmodū nec balneis ablatiōe v̊o ſanguinis ſimul cū ieiuno vel purgatiōe aliq̄ ſic di- xit.5.terap.ſi ſanguis fluat de narib⁹ prius minues venas de- inde fricabis.bene ex hoc dicto cōſtat/ q̄ñ in predicto coꝛpoꝛe diuertere volum⁹ cū re q̄ plectoꝛiā euacuet eſſe debere: licȝ alij modi diuerſiōis vt eſt exercitiū vel frictio vtiles ſint:nō tñ ſuffi- ciūt.vnde gale.13.terapētice ca.allegato.ei v̊o q̄ in ſuperioꝛib⁹ partib⁹ habēt eā q̄ incipit flegminare particulā q̄ per ambula- tionē vel curſ⁹ motio vtilis.vtilē dixiſſe attēde: ad innuēdū cō- ferre:ſed nō ſufficere.ꝛ poſtea ſubdit in flegmōe vētris purga- re medicū minime opoꝛtere ſicut in flegmōe matricis diuretica applicari nō opoꝛtet: ꝛ hic ſubdens inquit in tali caſu ad par- tes diſtātes diuertere medicū opoꝛtet cū eis q̄ multitudinē ſuffi cienter euacuēt:ſȝ nullū alioꝛū modoꝛū diuerſiōis ſic ſufficien- ter ꝛ cito multitudinē euacuat ſicut flobotomia.ergo de flobo tomia itellexit: ꝛ de hac diuerſiōis ſpecie aſſerit ad partes ma- xime lōginq̄s diuerſionē fieri expedire:ergo flobotomia ꝺ par te valde diſtāti quoad fieri poterit faciēda eſt. nā ſi apoſtema in vētre fuerit/ flobotomia niſi de pede vel de brachio itidem de epate de matrice fieri nō poteſt. Tamē quādo fuerit poſſibile

de partibꝰ marie diſtātibꝰ fieri oportet. ſic dixit gale. 5. apho:
comēto. 68. nō ſolū intēdit purgationē: ſed materiā per partē
oppoſitā extrahere conatur: quod ex cōtrario fit. ſi ergo in lati-
tudine fuerit / a dextra in ſiniſtrā: vel a ſiniſtra in dextrā fieri
innuit. (hec ille). Vide ergo quid exploratius lucidiusqꝫ dici
poſſit. idem dixit. 4. terapē. cap. 6. Quia didicimꝰ ab eo. ſ. hypo
crate: ꝙ donec materia ad locū vulneris defluit oportet vt de
loco ad locū oppoſitū moueatur: ⁊ locus oppoſitus nō eſt vici-
nus nec parū diſtans niſi valde diſtans. ⁊ hic ſermo eſt de flo-
botomia: vt videre poteris: ſi ſeriem textꝰ perlegeris. ergo / ⁊c.
eodē etiam cap. inquit. Unde nos ſanguinē a remotis locis in-
firmi membri in initio detrahere oportet. nouiſſime vero a mē-
bro vulnerato. idem dixit. 5. terapē. 5. ca. Fluxus materie ceſſat
aut veniente ſincopi aut cum materia ad oppoſita loca aut cū
de vno loco ad alium locū mutatur. identidē dixit. 5. terap. ca. 6.
loquēdo de fluxu ſanguinis narium: ⁊ poſtea nō feſtines me-
dicinā fronti ⁊ capiti imponere: niſi prius ſanguis ad oppoſita
loca mittetur. ecce quomō ad oppoſita loca nō vicina nec parū
remota: imo valde diſtātia diuerſionē fieri iubet. nam nō dixit
ſanguinē verſus oppoſita loca diuerti: ſed ad loca oppoſita: ad
innuendū tibi intelligere: diuerſionē ad locum oppoſitū valde
diſtantē vere fieri. ⁊ ꝙ hoc velit ipſe. audi gale. loco allegato.
ſanguis a naribꝰ fluens duobus modis ad oppoſita loca mu-
tatur. vno modo ſi atrahat᷑ a toto corpore ad inferiora. alio mo
do ſi mutet᷑ ad puppim. nares enim cum ſint ſuperius ⁊ locus
earū in anteriore parte: inferiora tamen vnde ſuperius eſt ſibi
ſunt oppoſita: ⁊ poſteriora eo ꝙ in anteriore loco ſunt. hec ille.
Per hec verba ſatis conſtat ſicut oppoſitio ſm̄ profundū ſer-
uatur quando diuertitur ſanguis ab anteriore ad poſterius: ⁊
non verſus poſterius: pariformiter quādo a ſuperiori ad infe-
rius: ⁊ non verſus inferius. facit ad hoc dictum galeñ. 5. terap.
cap. 3. Oppoſita detractio ſic efficietur. ſi materia in inferius
deſcendat: ad ſuperiorem partem trahatur ⁊ econuerſo. aut ſi

a dextra moueat̃ ad ſiniſtrã ⁊ cõtra. vide/ quid clarius dici poſ
ſit/ q̃ʒ dicere: ſi ad dextrã moueatur ſanguis ad ſiniſtrã detra-
hatur/ ⁊ econtra. idem dixit. 3. tegni cañ. 199. antipaſeos vero
cõmunis omniũ partium oſtenſio ad ea que longiſſima ſunt.
eodem lib. 5. terapẽ. inquit. Si ſanguis ab ore fluat mutandus
eſt ad loca vicina ſicut nares: ſi autẽ ad oppoſita mutari cõue-
nit ad inferiorẽ partem. ¶ Sed contra predicta primo inſtatur
nam in predicto capitu. Galenus iubet: ſi fluat ſanguis a nare
dextra: ventoſam ſuper epar apponi. ⁊ ſi a nare ſiniſtra/ ſuper
ſplenem. ecce quomodo omnino ad inferiora diuerſionem fieri
non iubet: ſed verſus inferiora. ¶ Secũdo/ quia Hypo. in mẽ-
ſtruis abundantibus: ſub mãmillis apponi ventoſam iuſſit: ⁊
iſte locus non eſt valde diſtans. ergo ⁊c. Ad primum iſtorum
dico: in diuerſione non ſolum elongationẽ: ſed ſocietatem ſer-
uari oportere: ſicut ſi membrum ad quod atrahitur ſit membro
ſocium a quo humor diuellitur. illa talis diuerſio optima eſt.
vt Auicẽna. 4. p̃mi. ponendo conditiones quas in diuerſione
ſeruari oportet (inquit). Et ſecunda eſt: vt ſocietatis curam
habeamus: ſicut menſtrua ventoſis retinemus: quas mãmillis
imponimus ſocio atrahẽtes: ⁊ quia in fluxu ſanguinis de nare
dextra ab epate illum fluxum vt plurimũ manare credendum
eſt: ideo in epate ventoſa ponenda eſt. ⁊ idem de ſplene dicen-
dum eſt: ideo coacti locum valde diſtantem non eligemus: eo
q̃ eſt locus a quo ille humor manat: ⁊ per hoc ad ſecundum
argumentum patet: nam mammille ſunt ſocie matricis: ⁊ ideo
fluxus ille ad locum ſocium diuertendus eſt. ¶ Ratio noſtro
propoſito conſona eſt: nam quando ad valde longinqua hu-
mor diuertitur: humorum impetus per membra diuerſa inter-
mediaq; diſpergitur. ⁊ ſic illorum humorũ virtus diſperſa non
tantum nocere nec morbum facere poteſt ſicut quando eſt con-
iuncta ⁊ vnita. quod fit quando ad propinqua diuertitur. ⁊ eti-
am per diuerſa membra humoris diſperſi malicia facilius cor-
rigi poteſt: quia membra diuerſa facilius humoris pauci ſibi

delegati malicia corrigere poſſunt: ⁊ quādo ad propinqua nō ſunt tāta nec tam diuerſa nec humor ita diſpergit: ⁊ ideo nō ſic faciliť illi⁹ malicia corrigi poteſt. rurſus quādo flobotomiā diuerſiuā ad partes valde longinqs facio illud primū mēbrum a quo talis humor euacuať ab alio ⁊ illud ab alio attrahūt vnde plura mēbra depauperata reddūtur: ⁊ ſic humorē fluere nō pmittūt ⁊ aliū attrahere conātur ab alio. ⁊ alia ab alijs donec ad mēbrū egrū deueniāt quod cū ſuperfluo humore ſit grauatum: ſponte ⁊ liberaliter mittit: ⁊ ſic duo mot⁹ ſcʒ pluriū membrorū inanitorū attrahētiū cōcurrūt: ⁊ etiā mēbri īfirmi expellentis: quia grauatū eſt: ⁊ quāto plura mēbra attrahētia ſunt: tāto vehemētior attractio fit: ⁊ quia in diuerſiōe ad valde longinqua plura mēbra ad attractionē cōcurrūt: ideo liberior attractio fit: ⁊ ſic rationē noſtre intētioni ꝯſpirare in confeſſo eſt.

¶ Sed attēde predicta modico ſalis ad hoc vt vera ſint indigere. pro quo cōſidera triplicē eſſe flobotomiā quādā diuerſiuā ſolū: aliā ſolū euacuatiuā: reliquā vero diuerſiuā ⁊ euacuatiuā eſſe. aliquā vero flobotomiā ſolū diuerſiuā eſſe per galeñ. 9. terap. ca. 11. cōſtat: vbi dixit. quādo ſāguis in quāto vel quali peccat: flobotomiā ſicut euacuatiuū preſidiū fieri: tamē quādo alij hūores a ſāguine flobotomiā ſicut auxiliū antipaſticū fieri poſſe: attēde flobotomiā ſolū diuerſiuā dari. nā in tali caſu ſcʒ qñ alij hūores a ſanguine peccāt ſicut auxiliū euacuatiuū fieri nō poteſt: eo ꝙ ſāguis nō peccare p̄ſupponiť. flobotomia vero diuerſiuā ⁊ euacuatiuā ſimul eſſe cōſtat p ga'e. 13. terap. diſti. 3. ca. 5. de flegmone epatis loquēdo / inquit: antipaſādū ſimul ab epate ⁊ euacuandum flobotomia ſm dextru m cubitum interiorem venam inſcindens. ⁊ in li. de flobotomia inquit. non ſolū auxilium euacuatiuum / ſed antipaſticū flobotomiam eſſe. flobotomiam vero ſolum euacuatiuam eſſe / nulli dubio eſt.

Et in iſto caſu aliquas cōcluſiōes pono. prima eſt hec. Quando intētio ſolum eſt diuertere ad partes maxime diſtātes: medicū recurrere oportet vt rationes ⁊ auctoritates p̄dicte aſſerūt.

Secūdo dico: quādo intētio eſt ſolū euacuare te flobotomare
de parte valde propinq̄ notū eſt oportere. Tertio dico: quādo
diuertere ⁊ euacuare ſimul venā de parte nō valde diſtanti nec
multū ꝓpinq̄ nos ſecare oportere: vt patet in epatis flegmōe in
quo diuertere ⁊ euacuare ſimul cōuenit ⁊ in apāte etiā ſplenis.
Et conſidera in tribus caſibꝰ flobotomiā diuerſiuā ⁊ euacua-
tiuā fieri ſimul expedire. p̃mo quādo mēbra in medio corporis
ſunt ⁊ de nullo extremorū maxime diſtāt: vt de ſplene ⁊ de epa-
te patet. nā in iſtis de cubiti vena lateris affecti flobotomiā fie-
ri cōuenit ⁊ ſimul te diuellere ⁊ euacuare. ¶ Verū eſt ſi fiat de
pede in iſtis eſſe longinquum: eo ꝙ flobotomata vena pedis
ſanguis a vena caua attrahit cuiꝰ ramꝰ eſt ſaphena. ⁊ mediā-
te illa ſāguinis ad ſuperiora reuocatio ꝑ eandē venā cauā a qua
ſāguis ad epar fluebat fieri debet. vnde ad hoc vt fiat talis re-
uocatio tātā ſanguinis copiā te extrahere oportet: vt ad venā
cauam illa inanitio deueniat: qua inanita ſanguinis ab epate
vel ſplene fluxus reuocabit. ex quo infert flobotomiā ſaphene
ſi in pauca quātitate ſit ab epate vel a ſplene minime diuertere
immo ampliꝰ hūorū ad inferiora impetū ꝓuocare. Ex quo etiā
infert: quādo ꝑ flobotomiā pedis menſtrua prouocare intēdis
in pauca q̄ntitate eſſe oportet: ad hoc vt hūores ad iferiora de-
ſcēdere faciat: ⁊ tunc vis expulſiua ad extra expellit. Tamē qn̄
in multa q̄ntitate fit: nō ſolū nō ꝓuocat: ſed hūores ad ſuperiora
diuertūtur. quia vena caua inanitionis ratione facte floboto-
mie ad illos ad matricē tendētes ramos ſāguinē nō mittit. hoc
elegāter gale. voluit in li. de flobotomia: inquiens. Et qn̄ hoc
ſcȝ prouocare volueris mēſtruū: ſcđm tempꝰ aſſuete ꝑiodi pre-
aſſumēs. 3. vel. 4. dies venā inſcindēs ⁊ euacua parum euacua
parū dixiſſe attēde ad tibi inuēdū qn̄ mēſtruū ꝓuocare intēdis
vt per tres aut quatuor dies ante aſſuetā periodū fiat. ſecun-
dū eſt vt euacues parū ad hoc vt menſtruū vt ſupra dixi prouo-
cetur. ob hoc flobotomia ď pollice pedis facta magis q̄ȝ ſaphe-
ne mēſtruū prouocare dicit quia hec potius mouet q̄ȝ euacuet

quod ad intẽtionẽ ciẽdi mẽſtruũ requirit̃ ꝓpt̃ ꝑfatã rationẽ per tres aut q̃tuor dies ãte tẽpus periodi fieri iubet: eo ꝙ in tali tẽpore iam hũor aggregatꝰ eſt: ⁊ nõ eſt opus niſi ad inferiora moueat̃. ⁊ ſic ad reliq̃ propoſiti reuertẽtes: dico pedis flobotomiã ĩ multa q̃ntitate ad hoc vt ab epate diuertat eſſe debere: ob hoc pedis flobotomiã multũ debilitare dicit̃ eo ꝙ ſiue intẽtio euacuare aut diuertere ſit ĩ multa q̃ntitate eſſe oportet ꝙ virtutẽ debilitat: nam euacuatio ꝯtraria eſt virtuti. vt a gale. 9. terap. ſumit̃. ¶ Secũdꝰ caſus eſt in quo ad partes valde lõginq̃s ire nõ oportet quãdo tale mẽbrũ egrotãs ſocietatẽ cũ illo hꝫ ad quod diuerſio fieri debet. ⁊ ſic quãdo mẽſtrua retinere volumꝰ vẽtoſas mãmillis (vt ſupra dicebat̃) apponimꝰ. ¶ Tertiꝰ caſus eſt: quãdo virtꝰ eſt debilis ⁊ diuertere neceſſarium eſt. tunc ad partes valde diſtãtes ire nõ oportet: ſed ſimul diuertere ⁊ euacuare: eo ꝙ diuerſio virtutẽ debilitat magis q̃ꝫ euacuatio. vnde due euacuatiões fieri poſſunt in eadẽ die: ſed nõ due diuerſiões. vt a gale. in lib. de flobotomia ſumit̃. quia quãto magis a lõginqua diuerſio fit tãto magis debilitat: eo ꝙ iſta maiorẽ quãtitatẽ extractiõis ſãguinis expoſcit. ⁊ in tali euacuatiõe primo multũ boni ſãguinis euacuari oportet ãte q̃ꝫ ad hũorẽ peccãtẽ deueniat̃. ideo qñ eger debilis ẽ in diuerſiõe ad ꝑtes marie diſtãtes ire nõ opꝫ: ſꝫ ad ꝑtes nõ multũ diſtãtes.

Ponit etiã aliã cõcluſionẽ circa vnã q̃ſtionẽ. ſ. An retractio per mẽbra viciniora facta partes vicie implende vim habeat. ⁊ cõcludit in flegmone vbi ſanguis mittẽdus eſt eius generationi occurrere antipaſticã ſanguinis miſſionẽ per viciniora p̃ſertim acute factã ⁊ inter initia ſiſtit em̃ expulſionẽ factaꝫ a venis cõmunibꝰ totius corporis detrahendo expultrici argumẽtum euacuat etiã detrahẽdo plurimã copiã recẽtis redundãtie cõtente. (hec ille. ad oſtẽdendũ quomõ tua cõcluſio nullius ponderis ſit. proponitur is fidelis medicus appellandꝰ qui tutis medicamẽtis in egrorũ curatione procedit. vnde Gale. 12. terap. cap. 1. Is eſt

medic⁹ fidelis qui generoſe ex arte cõtra morbũ pugnat debet habere. pro meta gerẽdorũ: vt tutis vtatur medicamẽtis ⁊ vtilitatẽ egro ſatagat afferre. vnde ille medic⁹ magis laudandus eſt qui citra vllum periculum ⁊ nocumentum curat. ¶ Supponitur ſecũdo: cum omnis euacuatio virtuti cõtraria ſit. ſequitur omnẽ ſubitã euacuationẽ inimicã ⁊ infeſtã nature eſſe. natura enim repẽtinas mutationes nõ tollerat. ſic Galien⁹ in lib. de flobotomia A ſubitis euacuationib⁹ (quoad fieri poterit) cauendum eſt. 9. terap. inquit ca. 10. Immoderata euacuatio virtuti nocet. ⁊ quãto magis ſubita: ſic Hypo. ſm multũ ⁊ repente euacuare ⁊c. nature inimicũ eſt. ¶ Supponit tertio. euacuationẽ per loca viciniora mẽbrum patiẽs nõ implere quãdo ſic facta eſt vt tantũ diminuat ꝙ illã plenitũdinẽ euacuet. nam ſi parce poti⁹ attrahet ꝙ̃ diuertet ⁊ ſic in multa quãtitate eſſe oportet ⁊ facta ſubito. ¶ Dico ergo talem diuerſionẽ ſicut a te poſitã per vicina membra fallacẽ ⁊ nature inimicã. quia ad hoc vt cõferat multã q̃ntitatẽ ſubito te euacuare oportet. iſta vt notũ ſuſpecta eſt ex ſupradictis. ſic Auic. nobis cõſulit potius flobotomiã reiterare ꝙ̃ q̃ntitatẽ eius ſemel multiplicare. Idem dixit gale. in li. de flobotomia. ꝙ quãto ad numerũ ampliorẽ eas que ſm partem ablatiões auxerint tãto operatiuior fit. ex quo dicto conſtat Flobotomiã pluries factã ⁊ paulatim multũ diuertere. Ergo ſi flobotomia paulatim facta multũ diuertit ⁊ nullũ diſcrimẽ ẽ ad q̇d multã q̃ntitatẽ ſubito euacuare oportet ⁊ cũ infirmi ꝑiculo. cõcedam⁹ hoc vt aſſeris fieri. adhuc hoc vniuerſalit̃ fieri nõ poteſt. nã hoc erit poſſibile qñ ad illud mẽbrum vicinũ aliqua magna vena venit ꝑ quã illã plenitudinem euacuare poſſim⁹ vt in pleureſi patet ſi ex baſilica affecti lateris flobotomia fiat. hec ad multitudinem euacuandam potens erit quia principalis vena eſt: tamen quando vena parua per quam illa plenitudo omnino euacuari non poteſt potius illud membrum vicinum attrahendo implebit: ꝙ̃ multitudinẽ euacuabit. vt in ſquinantia patet. nam ſi ſtatim per venas

q̄ ſub lingua ſūt euacuare volueris: poti⁹ humorē ad illā partē attrahēdo nocebis: eo ꝙ ille vene nō ſūt ſufficiētes ad illā multitudinē euacuādā. ob hoc dicebat Aui pma.3.ca.29. euacuationē a mēbro pticulari fieri nō oportere: āte toti⁹ euacuationē: niſi ſim⁹ ſecuri hūorē nō fluere. ⁊ ad hoc inquit ipſe penit⁹ auſi nō ſum⁹: niſi toti⁹ corporis facta euacuatiōe quia per talē particularē euacuationē ad illā partē attrahem⁹: pſertim ſi vena particularis ſit: ad multitudinē euacuādū nō potens. ⁊ ſi dicas hoc te nō intellexiſſe: niſi qn̄ vena ad illā multitudinē euacuādā ſufficiēs eſt ob hoc error tu⁹ nō tollit. nā vt ariſto.2. de aīa ait. ſine diſtinctiōe loqui de iis diſtictiōe egētib⁹: error eſt. ⁊ qꝛ hoc minime feciſti: ideo te erraſſe tuipſe fateberis.

¶ Duas alias ſolutiōes adducis ad hāc auctoritatē gale. q̄ te maxime vrget. ſ. diuerſionē ad partes lōgiſſimas fieri debere. prima eſt. hic ſermo lōgiſſime retractionē efficiēdā ſignificat: nō tam per partes diſtātiſſimas a loco inflāmato q̄ʒ in diuerſiſſima: ⁊ ecōtrario: q̄ʒ fluxio fieret. Secūda ſolutio ꝙ plurimū diſtāt ac in diuerſiſſima fiāt defluxio: q̄ fit a.b. in.a. ⁊ retractio q̄ fit ab.a. in. b. Utraqʒ ſolutio inepta eſt. pro cuius expoſitione ſuppono hūorē fluentē ad oppoſita loca mutari oportet: ſʒ ſi materia nō fluat ſʒ in mēbro pmaneat eā mutando purgari oportet ab eo loco ad aliū iuxta ipſū. hec eſt gale.4. terap. cap.6. ex quo dicto cōſtat tā in diuerſione q̄ ad oppoſita fit q̄ʒ in deriuatiōe q̄ ad vicina hūorē repellere expedire a loco egro ad aliū: ſʒ modo differēti. nā in diuerſiōe termin⁹ ad quē talis mot⁹ oportet vt ſit loc⁹ oppoſitus ⁊ valde diſtans. In deriuatiōe vo termin⁹ talis mot⁹ eſt mēbrū vicinū. ergo ſi ad illā partē ꝓuocat arte erit. ponēdo medicamina attrahētia in illo mēbro diſtanti vel frictiōes ſeu vētoſas apponēdo. aut illi⁹ mēbri venā inſcidendo. ergo p diuerſionē ad partes valde diſtātes fieri ſignificatur. ꝙ modi quibus diuerſio fit tali membro applicādi ſunt: quod erat probandum.

¶ Secūda ſolutio nil valet: nā licet cōtrarietas naturalis ſit in

fluxiõe q̄ fit a.b.in.a.et ab.a.in.b. eo ꝙ a cõtrarijs terminis a quib⁹ ad cõtrarios terminos ad quos nõ tamē iſta ꝯtrarietas ad actũ medicinalē ſufficit:eo ꝙ lõginquitas ⁊ magna diſtãtia inter media requirit:vt ſupra pluribꝰ deduxi.nã licet humor ex ꝓpiquo ad aliud vicinũ mēbrũ fluat:talē hũorē ad illud vicinũ mēbrũ diuertere nõ oꝑtet:ſꝫ ꝑ partē valde diſtãtē.nã ſi ad mēbruꝫ vicinũ a quo humor fluit humorē retrocedere facias maiore vi reuertet̃ preſertim corpore exiſtēte pletorico: ⁊ membrũ forte fuerit. ſed ipſum reuocabis ad longinqua : vt humor per inter media mēbra diſpgat̃.ob hoc in ſermõe p̄dicto.ſ.ad partes maxie lõginq̃s diuerſionē facias:nõ ad partes cõtrarias:ſꝫ ad lõginq̃s dixit/ad tibi oſtēdēdũ cõtrarietatē nõ ſufficere:niſi ĩ tali lõginq̈tas cõcurrat:nõ particularis vt tu aſſeris:ſꝫ abſoluta vt ſi ad dexterã humor fluat:⁊ licet a mēbro vicino humor ꝓficiſcat̃ prouocabis ad ſiniſtrã ⁊ econtra. vnde gal.e.5.apho. nõ ſolũ purgationē de locis infirmis intēdit:ſꝫ materiã ꝑ oppoſitã partē extrahere conat̃: qḋ ex ꝯtrario fit:ſi ergo in latitudine fuerit a dextra ĩ ſiniſtrã: vel a ſiniſtra in dextrã fieri iuuit. ecce qualiter diuerſionē per oppoſitã partē abſolute ⁊ nõ particulariter fieri iubet.

¶Poſtea poſt immēſaꝫ v̓borũ ſiluã inutilē hec aſſeris:ſꝫ nec negam⁹ retractionē fieri poſſe per diſtãtiſſima loca: ⁊ hãc omniũ ſimpliciſſimã ac veluti ceterarũ omniũ exēplar proponim⁹: ſꝫ ad q̄dã nõ ſatis efficacē eſſe acveluti ſegnē(hec ille).Satis per dicta tua patet:retractionē per diſtãtiſſimas partes veram retractionē ⁊ aliarũ exēplar eſſe.ſed nõ ſic cito diuertere.opinioni mee:immo poti⁹ cõmuni aſpiras.nã iſtã retractionē antiq̈ in omnib⁹ exercēdã eſſe nõ aſſerũt niſi quãdo ſolũ diuertere intendis:ꝙ fit corpore exiſtēte plectorico:⁊ cũ cõſtãtia virtutis:⁊ quãdo in mora nullũ periculũ imminet. In iſto caſu ad partes valde diſtãtes diuerſionē fieri oportet.Sed qñ virt⁹ debilis eſt ⁊ corp⁹ tãtã plectoriã nõ hꝫ: ad propinquã partē hũorũ impetũ reuocari cõuenit ⁊ ſic veritate coact⁹ cõmunis ſchole viam

randē fateris. ſi p̄dictis nō moueris: es dur⁹ ſicut ſiler vł marpeſia cautes. audi ergo hypo. dicētē: poſteriora capitis dolētia vena recta in fronte inciſa iuuat. ergo quēadmodū Hypo. hic cōtrarietatē in profunditate obſuari iuſſit: pari ratione in latitudine ſeruari expedit. ſic venā in dextra ſecari optet: ſi egritudo eſt in ſiniſtra ⁊ ecōtrario: ⁊ etiam hoc in ꝯtrarietate que ſm lōgitudinē obſeruādū eſt. ex quo infertur ſicut ille ad pedem diuertēs ſi egritudo eſt in capite: vel ad ſiniſtrā ſi egritudo in dextra eſt cōſulte facit: pariformiť bene opať quādo materia in poſteriore parte capitis exiſtēs ⁊ frontis venam ſecat: quia quēadmodū dextrū ⁊ ſiniſtrū in latitudine diametraliter oppoſita exiſtūt ⁊ in lōgitudine ſup̄ ⁊ infra: pari ratione dicēdū eſt in profūdo quādo ab vna parte ad partē ei oppoſitā in profunditate diuertis. vnde Gale. cōmēto allegato ſi in profunditate fuerit anteriora retro poſteriora añ medicari oportet. nos aūt multotiēs (inq̄t ipſe) dolores oculorū ſi abūdāt hūores longo tp̄e effluētes ſcarificatiōe in poſteriore p̄te cranei curauim⁹.

¶ Ex quo p̄ illū patz eq̄liť hūorē a dextro in ſiniſtrū ⁊ ecōtra diuerti: ſicut qñ ab anteriori ad poſteri⁹. ex quo infeť q̄ꝫtū ad actū medicialē eq̄lis diſtātia ē ab añ ad retrū ſicut a dextro ad ſiniſtrū. l. a ſup̄iore p̄te ad inferiorē. nam in oīb⁹ ijs diametris eq̄liter. l. proportiōabiliť diuertis. vñ gale. 5. terap. cap. 5. ſanguis a narib⁹ fluēs duob⁹ modis ad oppoſita mutať. vno mō ſi trahať a toto corp̄e ad iferiora: alio mō ſi ad puppim muteť. ecce quō q̄ꝫtū ad diuerſionē diametrū lōgitudīs ⁊ profūditatis equiparat: ⁊ rō etiā nr̄o dicto ꝯſpirat: nā marie diſtare ſic diſtare eſt: vt i illo gñe nihil magis diſtet. ergo cū i gñe poſitiōis ſurſū ⁊ deorſū añ ⁊ retro dextrū ⁊ ſiniſtrū marie diſtet. ergo p̄portiōabiliť diſtāt: q꜡ i hoc poſitiōis gñe marie diſtāt: ⁊ ſic eq̄liť a dextro i ſiniſtrū a ſurſū in deorſū a retro ad añ diuertis ⁊ ecōtra. ex quo iferť q̄ntū ad diuerſiōis actū maior diſtātia ē ab añ ad retrū ⁊ a dextro in ſiniſtrū q̄ꝫ a latere dextro ad brachiū dextrū: ⁊ nō ſicut tu valde iep̄te aſſeris: q꜡ ab añ in retrū vna di

ameť integra fuať: ⁊ a latere dextro.l.a mãmilla dextra ad bꝛa
chiũ dextrũ nõ eſt diameť itegra. ergo nõ eſt tãta diſtãtia vt tu
aſſerebas: ⁊ ſic te nõ eſſe in iſs exercitatũ clare cõſtat. ⁊ in olim-
pia nullus poteſt vincere: niſi prius multũ exercitetur.

Dicis vltra verũ nõ eſſe ſi materia ſit venenoſa ꝑ ean-
dẽ partẽ debere euacuari. o ferreũ hominẽ hoccine
eſt docere ⁊ vitatẽ oĩbꝰ mãifeſtare. attẽdite medici ho
minẽ negãtẽ ſi materia venenoſa ſit ꝑ eãdẽ ⁊ nõ ꝑ di-
uerſaꝫ euacuari opoꝛtere. gale. eñ. 14. terap. ca. 10. inqt: in car-
bũculo fluxionẽ nos diuertere nõ opoꝛtere: ſꝫ flobotomiã vſqꝫ
ad ſincopim fieri iubet. 2. ad Glauconem de cura antracis in-
quit. Atqꝫ antea ab initio tantum ſanguinis eſt auferendum
quantum ſufficiat ſi non fuerit ꝙ pꝛohibeat: ⁊ hoc non ſolet
dici de diuerſiua ſed de euacuatiua flobotomia: ⁊ ratio in prõ-
ptu eſt: nam ſi materia eſt multum nociua qualis eſt venenoſa
ledere vnum membꝛum ꝙ̃ totum coꝛpus ſatius eſt: pꝛeſertim
ꝙ materia venenoſa ad coꝛ ⁊ membꝛa pꝛincipalia tẽdit a qui-
bus vita dependet: ⁊ ideo per illam partem euacuari eligibi-
lius eſt ꝙ̃ ad aliam partem retrocedat ⁊ maioꝛem leſionem fa-
ciat multas partes ledẽdo. ¶ Rurſus materie venenoſe reper-
cuſſiua applicari non conuenit (vt notum eſt) immo amplius
ad illam partem pꝛouocari quanto magis cum flabotomia di-
uertere: eo ꝙ flobotomia ab exterioꝛi ad intꝰ attrahit. vt Aui-
cenna vult in capit. de quartana. nec etiam illud admittendum
cenſeo: materiam pleureſis venenoſam eſſe ſitus ratione: nam
bene materia furioſa dici poteſt: ſed non venenoſa. nam mate-
ria poteſt eſſe furioſa: vel quia ď loco ad locum mouetur/actus
nature diſturbans. ⁊ hec dicitur furioſa ratione qualitatis vel
merito quantitatis: quia eſt multa quantitas humoꝛis/naturam
ſuffocantis: vel loci ratione vt humoꝛ ſquinantiam faciens. er-
go humoꝛ loca valde nobilia petens furioſus dici poteſt ſed nõ
venenoſus: nam de ratiõe materie venenoſe eſt vt qualitatem
occultã diſſonam pꝛincipijs vite habeat vnde omnis materia

venenoſa furioſa eſt. ſed non econtra: ⁊ ſic materia pleureſis furioſa merito ſitus dici poteſt nõ autẽ venenoſa: ⁊ in materijs furioſis ratione ſit⁹ flobotomiã ex latere affecto fieri nõ oportet: ⁊ ſic ob hoc nõ cõcludit flobotomiã ex eadẽ parte doloris eſſe faciendam quia nõ eſt materia venenoſa ſed furioſa ſitus ratione: ⁊ ſi pleureſim peſtilẽtialẽ eſſe cõtingat vt ego iam vidi in iſto caſu diuerſionẽ facere non expedit ſed per affectã partẽ euacuationẽ facere: nã trãſit⁹ ſup pͥcipalia cõmittẽdus nõ eſt ⁊ in tali caſu materiã venenoſã ad cor reuocam⁹. ⁊ ſic quando talis pleureſis accideret ex parte eadem facienda eſt: vt dixi.

¶ Ad illud etiã ꝙ aſſeris gale. nõ dixiſſe niſi de duab⁹ intẽtionib⁹. dico gale. ſub vno mẽbro duo cõprehẽdiſſe. nã ſub cauſa antecedẽte cõprehendit partẽ q̃ fit ⁊ q̃ parata eſt fieri. nam ambabus ijs pre cuſtodia ⁊ regimẽ curatiuũ alteri debet ⁊ ſic recte dicit quãdo fit apoſtema ad partem fluentem ⁊ fluxam ⁊ ad fluendũ paratam intentionẽ haberi oportere.

¶ Ad methodũ deueniẽdo inquis morbũ de quo nũc agit flegmonẽ eſſe cui⁹ eſſentiã cõplent calidi ſanguinis redũdãtia in aliqua particula. Dicis vltra dolorẽ defluxionẽ mouere: quia facultas alienorũ excretoria ſuo mũere tũc fungit cũ triſte aliquid ſentit vnũ ṽo quoddã ex ijs eſt q̃ eã cõtriſtãt ipſa q̃ dolorem excitat cauſa q̃cũq; ea ſit. hãc ergo vincere dum properat flegmonẽ interdũ cõcitat. poſtea adducis q̃dam verba gale. 13. terap. ca. 3. ⁊ poti⁹ dephẽdi in furto maluiſti q̃ mutuũ reddere. q̃ ſunt hec: cũ em̃ natura p̃mis ſuis conatib⁹ nihil ꝓficit vehemẽtius aggredit qđ infeſtat expellere ſanguinis aliquid ⁊ ſpiritus ex ſuppoſitis partib⁹ exprimit. hec ſunt ṽba gale. Sed tu q̃ſi ei⁹ dicta exponere volẽs inquis ac veluti copias auxiliares ad deturbãdũ hoſtẽ cõmunẽ mittẽtib⁹. ¶ Ex dictis tuis videt ꝙ cauſa q̃re ſanguis ⁊ ſpũs ex ſuppoſitis particulis mittat eſt vt auxiliũ alijs ꝑtib⁹ afflictis afferat. ex quo patet iſtum fluxũ poti⁹ ex intẽtione nature mittẽtis auxiliũ fieri q̃ ex neceſſitate ad expulſionẽ ſeq̄tur: ⁊ hoc nõ eſſe verũ patet p̃mo ꝑ modũ lo-

q̄ndi gale.nā dixit exp̄mit ꝛ nō mittit:nā ꝑ exp̄mit inuere videt̄ ad ipulſionē mēbri mādātis exp̄ſſionē mēbri ſeq̄ ad qđ mādabat̄.vn̄ intētio nature nō videt̄:ſed ad ꝙ actionē ſuā ſeq̄t̄ talis exp̄ſſio. ℞urſus/qꝛ ſi hoc nō eſſꝫ verū niſi nature intētio auxiliū mittētis/alios hūores nō mitteret:ſꝫ ſāguinē ꝛ ſpiritū ſimul .i.cū aliis hūorib⁹ ſibi ipulſis mittit.ob hoc dixit in p̄dictis verbis ſimul q̄ſi cū aliis hūorib⁹ ſibi miſſis ſāguinē ꝛ ſpirit⁹ etiā mittit. ꝛ ſic nō videt̄ ꝙ cauſa quare doloꝛ attrahat ſit ſanguinis ꝛ ſpirit⁹ ad auxiliandū miſſio. ꝛ etiā quare gale. dixit: cum mēbrū dolēs p̄mis ſuis conatib⁹ nihil pꝛoficit/ vehemēti⁹ aggredi qđ infeſtat expellere. ex quo vide rationē pꝛicipalem attractiōis hūoꝛū ad mēbrū dolēs ex parte mēbri mādātis prouenire.nā ob hoc in p̄mis ſuis conatib⁹ nihil pꝛoficit/dixit:tūc vehemēti⁹ aggredit̄.ꝛ quādo talis conat⁹ fit:tūc mēbrū ad qđ mādabat̄ ſāguinē ꝛ ſpirit⁹ mittit.Sed nūc declarare tibi fert anim⁹ quid gale.in p̄dictis v̄bis ſenſerit per qđ cauſa q̄re doloꝛ attrahat oſtēdet̄.Pꝛo cui⁹ euidētia nota:quādo vnū membrū expellit cōtrahi atq3 ꝯſtringi.ꝛ quando recipit dilatari debet; vt eſt notū. nā ex hoc ratio diaſtolis ꝛ ſiſtolis in coꝛde inſurgit.¶ Secūdo nota quādo vnū mēbrū expellit:reliquū recipere opoꝛtet:alioquin maioꝛi vi ad pꝛimū mēbrū mittēs humoꝛ reuertit̄.¶ Tertio nota:q̄ndo vnū mēbrū mittit ꝛ aliud eſt foꝛte nō habile ad ſuperfluitates ſibi miſſas recipiēdas: illud cōtrahitur adeo; vt expellat humoꝛē ſibi miſſum: ꝛ per accidens humoꝛes in ſe contētos expellit.quib⁹ viſis dictū Gale. patet. nam cū membꝛū expellere conat̄ cauſam doloꝛis:ꝛ pꝛimis ſuis conatib⁹ nō poteſt:vehemētius quod infeſtat expellere aggreditur.iuxta illud dictū cōmune.Uirtutes naturales neceſſitatē ſumētes vehemētius operātur.ꝛ tunc ſi membꝛū vicinū eſt foꝛte:ꝛ ad mandans membꝛū remittat cōſtringitur; ꝛ in illa conſtrictione non ſolum humoꝛem ſibi miſſum expellit; ſed etiam illum qui eſt in ipſo de per accidēs ratione cōſtrictionis; vnde fit maioꝛ fluxus; ꝛ maioꝛi vi humoꝛ cum ſanguine ꝛ ſpiritibus

expreſſis reuertitur a mēbro cui talis humor mittebat a membro dolorem patiente. ex quo infertur talem fluxum fieri quādo membrum ad quod mandabatur forte eſt. ⁊ ſi debile talis expulſio mēbri mandantis fluxum non augebit: eo ꝙ non reuertetur: ſed in tali membro manet. ¶ Sed alia ratio dari poteſt quare dolor humores ad ſe attrahat. Pro quo nota: dolorem membrum dolens debilitare. hec eſt Galeni .2. pronoſtic. cañ. 14. vbi dixit: dolorem eſſe de rebus maxime virtutē proſternentibus. idem dixit quarto miamir capit. 1. nullum ſinthoma inquit ita laborantē moleſtare ſicut vehemens dolor in quacunqꝫ parte mori enim vellent magis aliqui ꝙꝫ per diem totam dolorem tollerare. Idem dixit gale. 3. terapētice cap. 5. dolorē ⁊ ſolutionē continuitatis ita membrū debilitare: vt nutrimētum ſibi miſſum non digerat: immo in saniem conuertatur.

¶ Supponitur ſecundo: ad membrū debile humores currere. hec eſt gale. 1. alimentorū ca. 1. ⁊ ratio manifeſta eſt. nam membrum forte ſuperfluitates ſuas ad membra imbecillia mittit: vt vult gale. 3. de virtutib⁹ naturalibus cap. 13. idem voluit. 13. terapētice. ⁊ etiam. 2. ad glauconē cap. 1. ⁊ etiam. 2. de differentijs febrium cap. 11. vnde nota: ꝙ ſicut membra fortia ab imbecillibus atrahunt: ſic etiam ſuperfluitates ſuas in debilibus deponunt. ex quo nota / fortiſſimū membrorū ſuperfluitates in proximis omnibus deponere. ¶ Ex quo etiā notas: ſicut membrum omnibus alijs imbecillius ad alia ſupfluitates reijcere non poteſt: ſic fortius ſuperfluitates aliorū in ſe ſuſcipere non ſuſtinet. vnde cutis excrementa ſua alijs eijcere nequit: nec cor ſanū aliorū ſuſcipere. hoc totū collige a gale. 2. de differentijs febrium cap. 11. impellitur rurſus ⁊ ex ijs. ſ. membris fortibus ad alia defluit. ſ. imbecilia quouſqꝫ omnib⁹ imbecilliora obſtruātur. reuerti vero rurſus hinc ad alia fortia eſt impoſſibile. Argumētatur ergo ſic. dolor membrū debilitat: ergo diſponit ipſum ad excremēta aliorū recipienda: patꝫ per p̄dicta. ob hoc dixit gale. 2. de differētijs febriū. dolorē ad ſe hūorē atrahere.

Idem in li. de flobotomia ca.3.et.5.terapē.cap.4.inquit. Non
eſt aliquid ita proritās fluxū ſanguinis ⁊ apoſtema ſicut dolor:
Idem dixit.5. terap.ca.3. Dolorē nō ſolū humorū fluxū nō ſi-
ſtere:ſed etiā ſi non ſit prouocabit.13.terap.cap.2.diſt.2. inquit.
Dolorē ⁊ calorē membri fluxum prouocare ad loca vbi ſunt:
etiam ſi corpus purū ſit. Idem dixit.3.tegni cañ.159. atrahim⁹
ꝓpt̃ dolorē ampli⁹. eodē libro allegato inquit cañ.164. omnē
dolorē reuma prouocare. ⁊ ſic per predicta ſatis cōſtat dolorē
fluxum ⁊ apoſtema ꝓuocare. ⁊ ratio eſt:quia membrū(vt dixi)
debilitat: ⁊ ſic dolor debilitando membrū fluxum mouet. ⁊ ſic
patet quomodo dolor ad membrū affectū atrahat.

Audiamus nūc q̄ ſequūtur.poſtq̄ꝫ enim gale. de ver-
bo ad verbum traduxiſti: ita/ vt delaſſare fabium
poſſes:vnam propoſitionē tuam/quippe tuā ponis.
euacuationē factam per venas viciniores membri
laborātis/membrū laborans nō implere. ¶ Concluſionē cō-
tra te pono. Euacuationē per mēbra vicina factā/membrū la-
borās flegmone implere:corpe exiſtēte plectorico. ¶ Pro quo
ſuppono. Corpore exiſtēte plectorico/ante q̄ꝫ totū corpus eua
cuem⁹: nos diuertere nō optere. iſta ē gale.3.tegni cañ.159.vbi
dicit.ꝓpt̃ iſtas duas res totū corp⁹ euacuari optet:deinde illd̓
atrahi qd̓ ex eo ad membrū currit ad loca ei cōtraria. Hali in
cōmento inquit. poſt totius corporis euacuationē illud qd̓ ad
membrum currit attrahi oportere ad loca alia morbo cōtraria
ſi apoſtema eſt in manu dextra ſāguinē ad manū ſiniſtrā ⁊ ecō
tra atrahi couenit. ¶ Argumētat̃ ergo ſic. Ante toti⁹ euacua-
tionē: per loca cōtraria diuertere medicum nō oportet. quāto
magis per vicina euacuare clara eſt cōſequētia cū antecedēte.
¶ Rurſus quia corpore exiſtēte pletorico ⁊ membrum eſt labo
rans flegmone:humores ſunt ad illā partē inclinati:q2 apoſte-
ma atrahit ad ſe ſicut ventoſa. vt dixit gale.7.apho.ergo ſi hu-
morem per illam partē vel per vicinā euacuam⁹ cum humor ad
illam partem inclinetur ad membrum laborans precipitanter

ruet: ⁊ ſic clare cõſtat talẽ euacuationẽ mẽbrũ implere: niſi tam copioſa fiat vt totã plectoriã euacuet: ⁊ cũ hoc ſemp cõmittere inartificiale ſit. nã ſubite euacuatiões quoad fieri poterit euitã de ſunt. vnde gale. in lib. de flobo. tẽtare autẽ in oib⁹ paſſiõib⁹ melí⁹ eſt in oib⁹ flobotomijs q̃ moderate fiũt/ ſuper ablationẽ fieri quãdoqꝫ ĩ vna die quãdoqꝫ aũt in ſecũda. ⁊c. ſequit̃ ergo ꝑ partẽ valde diſtãtẽ humorũ impetũ reuocare tuti⁹ eſſe: ꝑ hãc dolor mitigabit̃ ⁊ fluxus diminuet̃ ⁊ etiã calor. ⁊ cũ hoc tam ſubitã euacuationẽ minime faciem⁹: aut humorẽ ad illd mẽbrũ nõ prouocabim⁹. etiã hoc probat̃: nam ſi mẽbrũ debile eſt: humorũ fluxũ ad illd prouocari nõ expedit. ⁊ cũ mẽbrũ apoſtematũ ſit debile (vt notũ eſt). ergo ad illã partẽ humorẽ prouocari nõ cõuenit. ⁊ qꝛ flobotomia facta ꝑ mẽbrũ apoſtemoſũ vel ei vicinũ ad illud mẽbrũ prouocat. ſequit̃ ergo/ per partẽ lõginquã fieri debere. vnde gale. in li. de flobotõ. cõmunis ergo ad flobotomiã ſermo eſt: ſiqdẽ ꝑcipue aliquã ꝑticulã ibecillã habuerit ad quã ꝑuenit̃ q̃ acerbat̃ multitudo/ ãtipaſtice euacuari cõuenit. ergo per eandẽ partẽ vel vicinã (vt aſſeris) fieri nõ debet. ¶ Et ſi dicas hãc flobotomiã q̃ per partes vicinas: euacuationẽ antipaſticã. audi gale. in tractatu de antipaſi: vbi ſic inquit. ⁊ ſimplicit̃ antipaſim faciẽdã in hũorib⁹ qui quidẽ ſurſum fluũt ad inferiora ⁊ in ijs q̃ deorſum ecõtrario. ⁊ in irreptionib⁹ q̃ int⁹ extra ⁊ cõtra. ⁊ ſi ad dextrũ repũt ad ſiniſtrũ ⁊ ſi ad ſiniſtrũ ecõtrario: antipaſãdũ vero eas q̃ ante retro ⁊c. vide ergo quid per auxiliũ antipaſticũ intelligat̃: ⁊ quõ a dextro in ſiniſtrũ ⁊ ecõtra fieri debet. ⁊ non: ſi in dextrũ ad dextrũ: ⁊ ſi in ſiniſtrũ ad ſiniſtrũ: vt tu aſſerebas. ¶ Forſitã dices de alijs diuerſiõis ſpecieb⁹ velut calefaciẽtib⁹ ⁊ nõ de flobotomia intellexit. audi quid ipſe dicat eodẽ ca. ante hec ṽba q̃ nũc citaui Antipaſim faciunt ⁊ acria farmaca pectori appoſita circa eos qui ad caput ⁊ viſcera fluxus hũorũ. ecce quomõ ꝑ medicinas pectori appoſitas hũores diuertit a capite ⁊ viſcere. ergo nõ ad partẽ valde diſtãtẽ. ⁊ ſubdit ꝑdicta ṽba. ſ. antipaſandũ eſt per

ſuperiꝰ/hũorũ ad inferiꝰ ⁊ ecõtra currẽtibꝰ: itidẽ de aliis ſilr dicẽdũ eſt. ergo hoc de medicinis ca efaciẽtibꝰ nõ itellexit: ſed de aliis diuerſiõis modis. ſ. de flobotomia. ⁊ ſic ꝯcludo flobotomiã ꝑ mẽbra vicina mẽbro patiẽti factã: ipſũ impꝫere. niſi ſit valde excedẽs: p̃ſertim corpore exiſtẽte plectorico. Uerũ eſt/ ꝙ per viciniores venas. l. mẽbro mãdãti familiares talem diuerſionem fieri eſt bonum.

POſt longũ ꝓceſſũ/ ponis vnũ (ſi verũ eſſꝫ) cõtrarietatẽ ſemꝑ eſſe int̃ maxie diſtãtia. ſeq̃ret̃: ſagitta ſurſũ ꝑ ſtadiũ iaculata: rurſuſqꝫ per eãdẽ viã in p̃ſtinũ locũ deſcẽdẽs/ ꝯtrarios iter ſe aſcẽſꝰ ⁊ deſcẽſꝰ nõ eſſe: q̃niã a ꝯtrariis terminis nõ fiũt: a quibꝰ in ꝯtrarios terminos ad quos. nõ em̃ plurimũ diſtãt. Uiri docti attẽdite q̃ſo huiꝰ cecitatẽ: imo ipſa cecitate ceciorẽ. Pro cuiꝰ euidẽtia nota. motũ ſpeciẽ capere a termino ad quẽ talis motꝰ cõpleri ⁊ finiri aptꝰ eſt. niſi aliqͣ impedimẽtũ in medio ſibi opponat̃. Prima pars huiꝰ ꝓpoſitiõis. ſ. motũ ſpeciẽ capere a t̃mino ad quẽ/ eſt ariſtotelis. 3. phiſ. dicẽtis. Motꝰ nõ eſt p̃ter res ad q̃s eſt motꝰ. Secũda pars p̃fate ꝓpoſitiõis. ſ. talẽ terminũ ad quẽ/ eſſe locũ in quẽ tale mobile venire aptũ eſt: eſt Ariſt. 4. celi. Illud quod naturalit̃ (inquit) mouet̃/ a quolibet moueri nõ opꝫtet/ nec ad q̃libet: ſꝫ a det̃minato mouẽte moueri debet: ⁊ ad determiatũ locũ: puta ad naturalẽ. vnde q̃ñ graue deorſũ mouet̃: iſte motꝰ eſt ſibi naturalis: qꝛ ad imũ mũdi deſcẽdere aptũ eſt: ſi nõ impediat̃. vñ ariſt. 4. celi. Uidemꝰ em̃ quãlibet q̃ntitatẽ ignis ad ſuperiꝰ moueri: niſi ab aliquo ipediat̃. ex quo infert̃: Aliqͣ mobile naturalit̃ moueri nõ dici: niſi qꝛ ꝑ illũ motũ locũ ſuũ naturalem adquirit vel adquirere põt: ſi dimittat̃. ſic ariſt. 4. phiſ. motus nõ fit niſi ꝓpt̃ locũ adquirẽdũ. ⁊ cũ locꝰ naturalis grauiũ ſit mediũ: ſequitur/ illũ motũ naturalem eſſe: ducẽtẽ ad locum ſuũ naturalẽ. ⁊ alii motꝰ deorſũ mediũ nõ tangẽtes: ſi ſũt naturales grauibꝰ: hoc eſt: quia ſũt via ad adquirẽdũ illũ locũ ſibi naturalẽ. ſ. mũdi centrũ. cuiꝰ ſignũ eſt: lapidẽ vſqꝫquo centrũ

adquirat nunq̃ quieſcere: ⁊ pari ratiõe mot⁹ aliqui ɔtrarij dicũtur: q: ſũt apti loca valde diſtãtia ɔtingere: ⁊ ſic mot⁹ ſurſuȝ ⁊ deorſum ſunt mot⁹ ɔtrarij: q: apti ſũt finiri in loca ɔtraria ⁊ diuerſa: licet actualit̃ illa nõ tangãt. ex quo ſequit̃: motũ aeris ſurſum: ⁊ motũ aeris deorſũ ſi exiſteret in ſphera ignis: nõ eſſe cõtrarios: quia nõ fiũt nec ſunt apti fieri ad loca ɔtraria: quia nõ valde diſtãt. ⁊ ſi ad cõtraria oĩno nõ fiãt: saltẽ ad loca illorũ cõtrariorũ nomẽ ſortiẽtia. vnde mot⁹ aeris ad locũ ſuũ ⁊ ad locũ aque ɔtrarij dici poſſunt: quia ad loca prope extrema exiſtẽtia fiũt. ⁊ ſic dico mot⁹ ſagitte ſurſũ ⁊ deorſuȝ eſſe cõtrarios: quia apti fieri ad loca ɔtraria: ſi cõplemẽtũ illorũ motuũ fieret. Tamẽ in propoſito lat⁹ dextrũ ⁊ cubit⁹ dexter cõtrarij nõ ſũt: quia in genere poſitiõis nõ maxie diſtãt: nec etiã prope maxie diſtãtia ſunt. Nec eſt ſimile de illis motib⁹ ſagitte ſurſuȝ ⁊ deorſum: ⁊ de flobotomia facta de brachio affecto. l. de oppoſito. nã ſi illi mot⁹ dimittãt̃ ad imũ deſcẽdere. l. aſcẽdere ad ſummũ mũdi poſſunt: ſi virt⁹ illata in medio nõ euaneſcat. tamẽ aperſio vene q̃ fit in brachio affecto ad latus cõtrariuȝ tendere nõ poteſt: etſi dimittat̃. ⁊ etiã flobotomia ex oppoſito cubito facta ad lat⁹ alterũ finiri nequit: etiã ſi cõtinuet̃: ⁊ ob hoc mot⁹ ſagitte ſurſũ ⁊ deorſuȝ etiã ſi nõ deſcẽdat ad imũ mũdi ⁊ ad ſummum aſcendat cõtrarietatem habent: propter aptitudinem ad ſummũ ⁊ imum mũdi: ſi dimittãtur. quod ſic de flobotomia nõ eſt: vt eſt notum. ideo locus ille a quo flobotomia fit: ſi non eſt oppoſitus. l. parum diſtãs ab oppoſito: nec ɔtrarius nec valde diſtans dicetur: nec fieri verſus loca oppoſita ſufficit: vt ſuperius declaraui. ¶ Poſtea adducis vnum incõueniens: ſi eſſet cõtrarium valde diſtans. cum omnis medela per cõtrariũ fiat: non eſſe dubium inquis: quin omni morbo calido opiũ aut glaciem adhibeas: aut ſi quid frigidius glacie excogitari poteſt. hanc ɔcluſionem ſcio. ⁊ ſimiles ſophiſtas te docuiſſe. vnde hec conſequẽtia valebit: cõtraria ſunt maxime diſtãtia. ergo cuilibet morbo calido opiũ vel glaciem adhiberi oportet: nam con-

traria nõ ſunt maxime diſtantia abſolute: ſed in illo genere. ſ c ariſtot. 5. metha. cõtraria in eodẽ genere ſunt maxime diſtãtia: non tamẽ abſolute. idem gale. 8. miamir: ca. 12. Et ſic in colore albus color ꝛ niger erunt ꝯtrarij: eo ꝙ iſti ſunt maxime in hoc genere diſtantes. in saporib⁹ ſapor dulcis ꝛ amarus erunt cõtrarij: eo ꝙ quantū ad imutationem guſtus ſunt maxime diſtantes in qualitatibus primis: calidum ꝛ frigidum / humidum ꝛ ſiccum erunt contraria. ꝛ ſic de alijs dicendum eſt. Et quia tantum homo egrotat: quantum a ſua ſanitate vel diſpoſitione naturali diſtat. vt galeñ. primo pronoſticorum. com̃. 8. nam ſm illius longitudinem (inquit ipſe) a ſua naturali diſpoſitione quãtitatem malitie eius ſcʒ egritudinis pones. ergo quantum iſte homo a ſua naturali diſpoſitione diſtat: tantum egrotat. ergo extremum contrarium erit tantum per contrarium reſpectu hominis temperati aplicari: ꝛ nõ opium vel glacies: vt tu aſſerebas. ſic galeñ. 3. terapẽ. verbi gratia: (dixit ipſe) ſi membrum vulneratū ſit ſiccum extra temperamentum in quarto: ꝛ humiditas corporis in tertio: palam eſt medicinam ſiccam in primo ad vuln⁹ cõducere. (hec ille.) Ex quo dicto conſtat: ſm diverſitatem complexionum et exceſſuum a ſuis naturalibus temperamentis ita contraria eſſe menſuranda. nam medicinam exceſſui equari a naturali diſpoſitione contrarium erit ꝛ valde diſtans illi exceſſui egritudinali. Et hoc non ſolū in medicinis: ſed in ratione victus obſeruandum eſſe arbitror. Sic galenus. 8. terapentice. ita hoc facere exiſtimo / ꝛ in dietando eos qui ephimera febriū: aut febrili diſpoſitione contrarium accipientes: humidam ꝛ frigidam dietam in tantum faciemus: in quantū vtiqʒ aridius ꝛ calidius ſeipſo appareat corpus prefatum. ꝛ ſic dico cõtrarium ꝛ valde diſtans eſſe: equale exceſſui applicari. Videſne audaciam et ſuperbiam tuam. Ad illud etiam quod dicis. Media contraria eſſe. Dicendum: ꝙ media non contrariantur: niſi in quantū ſapiunt naturam extremorū. nam pallidū rubeo nõ contrariat̄: niſi quia vnū illorum

magis participat vno extremo: ⁊ ſic media ꝯtraria dicūtᷣ: qꝛ ex-
tremoꝝ naturā induūt: qꝛ tūc plura vni ꝯtrariarētᷣ. ſ. plura me-
dia iter ſe: ⁊ illa extremis. ⁊ ſic media inter ſe nō cōtrariari pa-
tet: niſi ratione nature extremoꝝ participatiōis: Quod etiā
in actu medēdi manifeſtū eſt. nā ſi in medijs eſſet cōtrarietas:
⁊ ad actionē ſufficiens: vt tu aſſeris: ad quid cōtrariū equa e ⁊
extremū exceſſui egritudinali medicꝰ eligere teneretur. ſufficit
enī qdlibet mediū cōtrariū. ⁊ cū hoc cōtra cōmunē ſcholā ſit:
ſequitᷣ cōtrarietatē ꝓprie dictā ad actionē cōtra moꝛbū ſuffi-
cientē ſolū in extremis ꝯtrarijs equalibꝰ exceſſui egritudinali
reperiri. ⁊ ſic concludo. Quādo in medicina dicitᷣ ꝯtrariū eligi
oportere: đ valde diſtāti vel đ vicio itelligi debet: nō abſolute: ſ3
reſpectu exceſſuū inaturaliū. vt ſuperiꝰ pꝛobaui.

DIcis etiā in ſequētibꝰ: hinc cōſtare partiū cōtrarie-
tatē: q̄ntū ad actionē attinere: eodē mō eſt accipiēda
quo ⁊ ꝯtrarietas motuū. ergo cū oēs ꝑtes ſint quo-
dāmō intᷣ ſe ꝯſpirabiles: cōtrarie erūt cēſende q̄ hu-
moꝛē a ſeinuicē expedite atrahunt. omnis autē actio que motu
perficitur (vt gale. demōſtrauit) fit ſm ſtaminum ſiue filamen-
toꝛum habitum. (Hec ille.) ex quibus duo patent. pꝛimum eſt
Illas partes contrarias eſſe humoꝛem ad ſeinuicem expedite
trahētes. ſecūdū eſt: omnē actionē que motu perficitur ſm fila-
mentoꝝ vel villoꝝ habitum fieri. ¶ Contra pꝛimū ſ. illas par
tes cōtrarias eſſe: humoꝛē ad ſeinuicem expedite trahētes ar-
gumētoꝛ. nam ſi hoc verū eſſet: ſeq̄retur: coꝛ eſſe omnibꝰ mem-
bꝛis cōtrariū: hoc eſt falſum. nam coꝛ oībꝰ mēbꝛis dat vitā: ⁊
ab ipſo eſſe illoꝛum depēdet. ergo ⁊c̄. coꝛ enim virtutem attra-
ctiuam foꝛtem habet: ⁊ ab omnibꝰ membꝛis: pꝛeſertim in tem-
poꝛe penurie atrahit. vnde animal moꝛiēs inedia: ſi ſcinderetᷣ:
alia membꝛa depauperata inuenirētur. coꝛ vero groſſum. ⁊ ſic
animalia fame moꝛientia non tantū ob defectum ſolidoꝛuȝ coꝛ-
poꝛum: quantū ſpirituum moꝛiūtur. ⁊ ſic ſi illa mēbꝛa contra-
ria eſſent humoꝛem a ſeinuicem expedite trahētia: cum coꝛ ab

omnibꝰ mēbꝛis:ꝑcipue in tēpoꝛe penurie atrahat illis eſſet cō-
trariū:qꝺ eſt falſum:nam coꝛ eſt radix ⁊ fons naturalis caloꝛis
vt gale. vult. 7. de iuuamētis cap. 2. ⁊ a caloꝛe naturali depēdet
vita illoꝛū. ergo ⁊c. ⁊. 5. de interioꝛibꝰ cap. 1. inquit. coꝛ caloꝛis
naturalis fundamētum eſſe. ⁊ ſic ſi eſt fundamētum inſtrumēti
quo membꝛa vitam obtinent: quomō poteſt eſſe vt contrariū
illis ſit. ¶ Etiam epar atrahit a ſtomacho: ⁊ ſtomachꝰ ſangui-
nē ad nutritionē ſuā ab epate ſuggit. ergo erūt ſibi inuicē cō-
traria: hoc eſt falſū: vt notū eſt. ergo ⁊c. nam vt ait Auerrois. 3.
colliget. Stomachꝰ eſt membꝛū alioꝛū membꝛoꝛū. ⁊ gale. 2. ad
glauconē inquit ca. 4. ſtomachū totiꝰ coꝛpis dominū eſſe. 4. de 19
accidēte ⁊ moꝛbo inquit. ſtomachū viſcerū atqʒ venarū mini-
ſtrū eſſe. de epate patet: nā ab eiꝰ ſanitate/ ſanitas alioꝛū/ſaltē
materialit̄ depēdet. ſic ʒoar inq̄t. bonitatē ⁊ vite hilaritatē ab
epatis ſāitate depēdere. ⁊ aui. 14. 3. inq̄t. ⁊ ſcias ꝙ errare ſupꝛa
epar/eſt errare ſupꝛa venas ⁊ totū coꝛpꝰ. quomō ergo eſſe po-
teſt: ſtomachū eſſe cōtrariū epati vel ecōtra. ¶ Sed veriꝰ dixiſ-
ſes: illa mēbꝛa actiōes cōtrarias ſoꝛtientia vel cōplexiōes cō-
trarias cōtraria eſſe. ⁊ illa mēbꝛa cōfoꝛmia ⁊ cōueniētia eſſe a
ſe inuicē humoꝛē atrahētia. nam vnū mēbꝛū ab alio nō atrahit
niſi quia illud qꝺ atrahit ab illo eſt cōfoꝛme ⁊ ſibi voluptuo-
ſum. ſic gale. 3. de virtutibꝰ naturalibꝰ ca. 6. nullū attrahit rati-
one attractiōis: ſed vt voluptuet̄ eo cuiꝰ pꝛopter atractionē co-
piam habet. et. 3. eiuſdē. omnes partes atrahūt amicū ſibi ⁊ cō-
gruū: quod grauat vero expellūt. ⁊ ſic videt̄ illa mēbꝛa a ſe in-
uicē humoꝛē atrahētia: nō ſibi inuicē cōtraria eſſe: imo ſimilia
⁊ naturalia ⁊ cōfoꝛmia: eo ꝙ in vno illoꝛū quod voluptuoſum
eſt cōtinet̄: ⁊ qꝺ pꝛoficuū ⁊ vtile alteri: vt de ſtomacho patet de
epate de venis de coꝛde de arterijs: ⁊ ſic de alijs. ergo mēbꝛa
ad ſeinuicē humoꝛē trahētia cōtraria nō ſunt: vt pꝛobaui. Nec
etiā in partibꝰ ſicut in motibꝰ ꝯtrarietas eſt. nam illi motꝰ ſunt
cōtrarij qui fiūt ab iiſdē terminis a quibꝰ ad cōtrarios termi-
nos ad quos ⁊ iſti termini cōtrarij ſunt: quia loci illoꝛū termi-

noꝛū cōtrarij ſunt: quia in illis cōtrarie virtutes inueniūtur .ſ.
cōtrarioꝛū conſeruatiue: quod ſic nō eſt in propoſito. nam epar
a ſtomacho attrahit: ꝛ in iſtis virtus cōtraria nō eſt vel cōtra-
rioꝛū cōſeruatiua. imo virtutes ſuboꝛdinatas habēt: quia vnū
actionē alterius p̄ſupponit: ꝛ ſic coꝛ epati nō eſt cōtrarium.

Sed cōtra p̄dicta argumētat̄. Nam motus cōtrarij
v̄tutes cōtrarias ſequūtur. vt gale. 3. de virtutib⁹ na-
turalib⁹ ca. 13. ergo mēbꝛū ab alijs attrahēs virtutē
attractiuā habet: ꝛ aliud a quo trahitur expellit. nō
expellere ꝛ attrahere ſunt cōtrarij mot⁹. ergo cōtrarias virtu-
tes ſequūtur. ſ. expulſiuā ꝛ attractiuā. ꝛ ſic eſt verū ꝙ illa mem-
bꝛa ad ſeinuicē trahētia ſunt cōtraria. Dicendū verū eſſe: ex-
pulſionē ꝛ attractionē eſſe actiones cōtrarias ꝛ ſequi virtutes
cōtrarias. ſ. expulſiuā ꝛ attractiuā. Sed ille partes ob hoc cō-
trarie nō dicētur: quia illoꝛū membꝛoꝛū actus vltimi pꝛopꝛij ꝛ
pꝛincipales ad quos ille partes oꝛdinātur non ſunt contrarij.
vnde ſtomachus ꝛ epar mēbꝛa cōtraria nō ſunt: licet act⁹ cō-
trarios habeant. ſ. qn̄ vnū expellit: reliquū attrahit. ꝛ hoc: q̄a
hoꝛū actus pꝛincipalis nō eſt expulſio vel attractio: ſed dige-
ſtio. ꝛ quia digeſtio vni⁹ digeſtioni alteri⁹ nō opponit̄: ſequit̄
iſtas partes cōtrarias nō eſſe: licet aliqui iſtoꝛū actus opponā-
tur. Tamē ſi ſint aliqua mēbꝛa ꝛ vni⁹ pꝛincipalis actus alteri
pꝛincipaliter intento opponat̄: hec pꝛopꝛie dicētur oppoſita: vt
de villis longitudinalib⁹ patet: ꝛ trāſuerſis he due partes act⁹
cōtrarios habēt: ꝛ ab ipſis pꝛincipaliter intentos. ſ. longitudi-
nales attrahūt ꝛ tranſuerſi expellūt: ꝛ ideo ꝯtrarie merito di-
ci poſſunt. vnde gale. in lib. de tabe inquit. Illud eſſe perfectū
cui nec vn⁹ pꝛopꝛioꝛū deficit actuū. ergo queadmodū perfectio
ab vltimis ꝛ ꝓpꝛijs actib⁹ ſumit̄ pariformit̄ ꝛ cōtrarietas ꝛ c̄.
¶ Sed ratio q̄re quādo vnū mēbꝛū attrahit / reliquū expellit /
eſt iſta: nam quādo vnū mēbꝛū ſolū oꝛdinat̄ ad vnius effectus
pꝛoductionē: nō autē poſt ei⁹ generationē eſt illi mēbꝛo a quo
fuit genit⁹ ex vſu: tūc expulſiua inſurgit: ꝛ ad aliud mēbꝛū ex-

pellit cui eſt talis effectꝰ vtilis: ⁊ tunc virtꝰ attractiua inſurgit
ad opus ſuũ: cuiꝰ ſignũ eſt virtutẽ expulſiuã i. liꝰ mẽbri mãdã-
tis nõ expellere vſqꝫ quo ſit omnino ꝑfectꝰ. nec etiã virtꝰ atra-
ctiua alteriꝰ attrahẽtis attrahit/ vſqꝫ quo ꝓfinitũ tẽpus ꝓſens
ſit: vt patet de chilo qui in ſtomão factꝰ eſt: nã iſte vſqꝫ quo ſit
abſolutus in ſtomacho remanet: quo facto: ſtomacho abho-
minabilis efficit̃: ⁊ illud ad epar expellit ⁊ vene miſeraice atra-
hunt hoc voluit galenꝰ. 3. de virtutibꝰ naturalibꝰ capi. 12. dein-
ceps inquit ipſe. Eſt illud ſciẽdũ: ꝙ nõ priꝰ excreuit excretiua
virtꝰ vniuerſaꝫ aut aliquã ſuꝑfluitatẽ anteꝗ̃ in cõtrariã trãſ-
mutet̃ diſpoſitionẽ. l. ipſuꝫ organũ. l. pluria q̃ in ipſo ꝯtinẽtur.
eodẽ li. inq̃t. Sicut egeſtio hoīs eſt amica canibꝰ: ſic ſuꝑfluita
tes epatis ſũt ſpleni familiares ⁊ veſice ⁊ renibꝰ. ⁊ ideo hec mẽ
bra has ſuꝑfluitates atrahunt. ⁊ ſic ꝯcludit̃: illa mẽbra a ſein-
uicẽ hũorẽ atrahẽtia nõ eſſe ꝯtraria. vt ſuꝑ pluribꝰ adduxi.

Contra ſecũdũ dictũ. ſ. omnẽ actionẽ q̃ motu ꝑficit̃/
ſm filamẽtorũ habitũ ⁊ ſtaminũ fieri argumẽtor. nã
oſſa ſãguinẽ ad ꝓpriũ alimẽtũ atrahũt: ⁊ nõ ꝑ vil-
los: vt notũ eſt. ergo ⁊c. etiã cartilago eſcã ſibi atra
hit nõ ꝑ villos: vt ꝯſtat. ergo ⁊c. Et licet aliqua mẽbra opera-
tiones ſuas per villos faciãt: non tamẽ omnes: ⁊ tu vniuerſa
lem propoſitionem feciſti. nam dixiſti: omnẽ actionem que mo
tu perficitur: ſm filamentorum habitum fieri: modo attractio
oſſiuꝫ ⁊ cartilaginis eſt actio que motu perficitur nam atrahe
rere. quidam motus eſt: vt notum eſt. ⁊ he actiones per villos
non fiunt. ergo tua propoſitio vniuerſalis eſt falſa. ¶ Sed ve-
rius dixiſſes ſic. Omnem actionem membrorum que toti ope-
rantur per villos fit. Pro cuius euidentia nota. Aliqua mem-
bra eſſe quorum opus ad vtilitatem totius ordinatur: vt de ſto-
macho patet de venis ⁊ arterijs. ſunt aliq̃ quorũ opus ad pro-
priã vtilitatẽ ordinãt̃: vt patet de oſſe cartilagine. ⁊c. opus enĩ
iſtorũ imediate nõ toti: ſꝫ ſibiipſi ſolũ ꝓdeſt. verũ eſt mediate ⁊
remote oẽs ꝑtes ſibiſinuicẽ cõſpirare. qñ ergo mẽbra hñt opus

toti vtile illa villis indigēt: quia illoꝝ actio eſt vehemēs: vñde naturalis caloꝛ non ſufficit: ſed etiā villi: vt patet de ſtomacho venis ⁊ arterijs. ⁊c. tamē illa q̄ ſolū ſibi operātur / nō operātur per villos: eo ꝙ ad iſtoꝝ actionē caloꝛ illoꝝ naturalis ſufficit ⁊ nō eſt neceſſe villis operari. ſic gale. 3. de virtutib⁹ naturalibus ca. 8. Singulis em̄ eoꝝ (inquit) q̄ mouent̄ organoꝝ coꝛpoꝛibus ſm̄ motiones villoꝝ ſunt pōdera organoꝝ dixiſſe: ad tibi innuendū ſola organa. i. inſtrumēta q̄ ad vtilitatē cōmunē oꝛdinata ſunt iſta villis operari: nō autē illa q̄ ſolū pro ſua vtilitate agūt. ⁊ cōſidera etiā membꝛū qđ ad cōmunē vtilitatē oꝛdinat̄: ſi aliā actionē pꝛopꝛiā habet / ꝑ villos illā nō facere: imo cōmunē ſolū: vt de ſtomacho patet. iſte em̄ ſimul toti attrahit: ⁊ ſibi ⁊ ꝑ villos lōgitudinales atrahit / cibū toti: tamē ſanguinē ꝑ villos ab epate nō adducit: ſed ſolū per ſuū caloꝛē naturalem. Elegāter tetigit hoc gale. 3. de virtutib⁹ naturalib⁹ ca. 8. manifeſtū ergo ex p̄dictis / ꝙ tunica quidē ventris q̄ rectos villos habet: ei⁹ gratia ꝙ ex oꝛe ad ipſū ventrē facta eſt: ⁊ ꝓpt̄ea i ſolis trāſglutiōib⁹ agens. ex hoc clare ꝯſtat: ſtomachū per villos tātū attrahere qđ eſt toti vtile. nā dixit tunicā interioꝛē villos lōgitudinales habere ei⁹ gratia ꝙ ex oꝛe ad ventrē venire debet. i. ratiōe cibi qui atrahi ab oꝛe debet dū talis cib⁹ ſit cōmunis toti. ergo ſi ſtomach⁹ per villos operat̄ quādo ꝓ toto operat̄: nō autē pꝛo alimēto ꝓpꝛio imediate. nam ab epate ꝑ villos ſanguinē nō atrahit. etiā dixit gale. in illo v̄bo: illā tunicā ſolū in trāſglutionib⁹ agere. ⁊ cū trāſglutio ſit atractio ab oꝛe ad ſtomachū: ⁊ ſolū in iſto actu villi lōgitudinales operātur. ergo nō in hac q̄ eſt ſanguinē ab epate attrahere ad alimētum ꝓpꝛiū. ⁊ ſic dico nō ſolū mēbꝛa q̄ ſibi ſolū ſuiūt villis nō eguerūt: ſed etiā illa mēbꝛa q̄ toti imediate cōferūt: inquātū op⁹ cōmune faciūt: in tantū villis eguerūt. nō autē quādo ſibi ſolum operātur: vt ꝑ dicta patet. Videſne quomō iſte quē nouū homines appellas ignota ⁊ occulta tibi in arte medēdi affert. ⁊ tuos erroꝛes luce clarius oſtendit.

Oſtea vnā chimerā cōcludis. ergo cōtrarie poſitio ne ꝑtes erūt q̄ ſm filamētorū rectitudinē diſtāt ſiue q̄ perpetuo ↄnectūtur ob longi ſtaminis ordine: ⁊ in eo genere extrema cōtraria q̄ maxime diſtāt: media q̄ medio modo. (hec ille). Pro enucleatiōe tui erroris ſuppono ↄtrarietatē in locis nō ſolū penes diſtātiā ſumi: ſ; etiā quia virtutes cōtrarias habēt: vnde locus ſurſū ⁊ deorſu; cōtraria ſunt: nō ſolū quia maxime diſtāt; ſed quia in vno illorū virtus eſt cōſeruatiua grauiū ⁊ in altero leuiū. ⁊ iſte virtutes actionū diuerſarū principia ſūt: ⁊ ſic dicimꝰ ante eſſe vbi ſenſus vigent: ⁊ retro vbi motꝰ. ⁊c̄. vnde cōtrarietas naturalis ꝓprie eſt in locis qui valde diſtāt ⁊ qui ſunt diuerſarū actionū principia. Ex quo infert: illa loca naturali cōtrarietate diuerſas virtutes nō habētia: cōtraria minime eſſe. etiā ſi in illo genere localit̄ multū diſtēt. ex hoc diffinitio cōtrariorū inſurgit. Cōtraria eſſe q̄ maxie diſtāt: ⁊ q̄ mutuo ab eodē ſubiecto ſe expellūt. ⁊ ſic bene ſequit̄. ſi in extremis vniꝰ rei eſſet vna virtꝰ: ⁊ vniꝰ actiōis productiua: ibi ↄtrarietatē naturalē minime eſſe: licet extrema maxime diſtēt. ⁊ ſic infert̄. illas partes ſm filamētorū rectitudinē diſtātes: cōtrarias nō eſſe: q: extrema illiꝰ villi lōgi cōtrarietatē nō faciūt: eo ꝙ diuerſas virtutes vel cōtrarias. i. cōtrariorū productiuas nō habēt. nā villus lōgus ſicut in medio atrahit ſic in vno extremo ⁊ i altero. ergo ille partes q̄ ſunt in extremis iſtius villi nō erūt cōtrarie ex hoc: quia poſite ſunt in extremis villi: ex aliis cauſis poteſt eſſe. ſ; nō quia in extremis iſtiꝰ villi poſite ſunt. ¶ Rurſus in diuerſiōis actu duo neceſſaria ſunt. mēbrū ad qd̄ diuerſio fit atrahat: ⁊ illud a quo trahit̄ expellat. ergo quantū ad diuerſionē: illa mēbra apta ſunt ad hoc: q̄ cum hoc ꝙ ſunt valde diſtātia: vnū illorū atrahit: ⁊ alterū expellit. ⁊ ſic ſi vnū membrū atrahat: reliquū etiam atrahit. diuerſio nō perficiet̄. modo illa pars q̄ in vno extremo villi lōgi exiſtit atrahit ⁊ reliqua atrahit etiā. ergo nō perficiet̄ per hoc bene actus diuerſiōis. vnde mēbra q̄ in iſto villo lōgo cōnectūtur atrahūt

in quãtũ tali villo cõnera ſũt: ſed ex hoc ꝙ participãt iſto villo lõgo / nõ cõcludit expulſionẽ fieri q̃ ad diuerſionẽ requirit.

Interrogas etiam: Quare duas diametros trãſire nõ oportet. Ratio eſt: quia quãto diſtãtia maior eſt tanto tardius iuuamẽtum fit: ⁊ tanto de bono magis euacuat: ⁊ ob hoc duas diametros trãſire non oportet: niſi corpꝰ valde plectoricũ ſit: ⁊ nõ propter cõmẽtũ tuũ. ⁊ ſic credo nec vana fides neminẽ ãte te nec poſt te mediocriter doctũ hãc rationẽ erga ſanguinis emiſſionẽ nõ dicturũ. ¶ Ad illũ tertũ gale. quarto ð tuẽda valitudine quã citaſti dicit. Illũ tertũ ad tuũ propoſitũ minime facere. nã gale. dicit. His venã diuides: ⁊ nõ dixit ex aduerſo vl' ex latere affecto fieri. nã ſeries textꝰ hec eſt. Porro diligẽter exiſtimare oportet qui ſanguinẽ ſunt miſſuri in thorace dorſo ⁊ lũbis tenſio doloꝛq; pulſans figatur aut in capite vel potius collo: iis affectis humeralẽ venã diuides: ⁊ maxime ſi caput repletũ ⁊ calidũ ſentiunt. Illis vero internã. ſi vero nõ eq̃biliter corpus occupat laſſitudo ambas. Ecce ꝙ in hoc nõ dixit: ex eadẽ vl' diuerſa parte fieri: ſed indeterminate relinquit. ⁊ ego dico intẽtionẽ ſuã fuiſſe: venã diuidi ex parte oppoſita: ⁊ nõ eadẽ parte: vt hoc ſepe alibi dixit: p̃ſertim ſi plectoria adſit. ¶ Conſequẽter cõtra quartã cõcluſionẽ meã argumẽtaris: in qua dicebã. Si pauca ſit materia ⁊ corpꝰ plectoriã nõ patiat ð affecti lateris pte euacuari optere. cõtra hanc cõcluſionẽ inſtas. nã ſi corpꝰ nõ eſt plectoricũ ſ; exquiſite purgatũ: nõ eſt q̃re ipſa vena incidat. Preclara vox ⁊ digna tali vr̃o ſentẽtia: qui aſſerit. ſi corpꝰ fuerit exquiſite purgatũ: nõ eſt q̃re ipſa vena incidat. cõcluſio noua eſt: ⁊ nũq; ab aliquo niſi a te audita. plurimũ em̃ refert: eſſe paucã materiã ⁊ nullã. Uerũ eſt quãdo nulla materia peccãs eſt: ⁊ homo eſt ĩtegre ſanus: nõ eſſe cauſã cur vena ĩcidat: de hoc nõ eſt ſmo: eo ꝙ materia noſtra eſt. in pleureſi: ⁊ ĩ tali caſu nõ poteſt eſſe iſte homo pleureticꝰ / exquiſite purgatꝰ. ⁊ etiã ꝙ nulla materia peccet. nã ſi ſic eſſet: nõ egrotaret. Sed mea cõcluſio eſt. quãdo hic homo

egrotat pleureſi: attamē pauca eſt materia peccās: ⁊ corp⁹ pletoricū nō eſt: in tali caſu euacuationē ex pte affecta: ⁊ nō ex cōtraria fieri cōuenit: q2 timor nō eſt vt humor atrahat̄ ad illud mēbrū affectū ⁊ adhuc in parua quātitate eſſe debet. ſic galeñ. in li. d̄ flobot̄. inq̄t: q̄ eſt repletio ptis ⁊ toti⁹. nā qñq3 habem⁹ in toto multitudinē: aliqñ ſolū in pte. ⁊ in hac repletiōe dixit flobotomiā. ſ. di̇vſiuā in multa quātitate nō fieri. ſec⁹ eſt de euacuatiua ⁊ i pauca quātitate: ⁊ ſignū ad cognoſcēdū ſi i toto eſt repletio: ſi curam⁹ hominē cū equātib⁹ cōplexionē ⁊ cōmoueāt ei dolorē ⁊ augeāt eū ſtati3 euacuari optet. nā ſignū eſt ei⁹ corpus hūorib⁹ corruptis multe quātitatis plenū eſſe. ⁊ ſic poteſt eſſe repletio ptis ⁊ nō toti⁹: ⁊ tuti⁹ eſt i tali caſu flobotomiā nō diuerſiuā ſed euacuatiuā fieri: ⁊ in pauca quantitate: vt ſupra dixi. ⁊ nota flobotomiā recte fieri poſſe: etiam ſi multitudo nō adſit. ſ3 ſuſpicio paſſiōis q̄ fit. vnde gale. in lib. de flobotomia: intētio namq3 flobotomie nō aſſumit in ſeipſis multitudinem: ſed ſuſpitionem paſſionis fientis. Sed eſt dubium ſi flobotomia ſanguine non peccante fieri poſſet. dico ſic in multis caſibus quādo alij humores a ſanguine peccant: ſed ſunt cum ſanguine mixti. vt Auicenna prima tertij tract̄. 1. capitulo. 29. Secundo quando corpus infrigidare volumus. flobotomia enim corpus infrigidat, ſic dicebat caſſius felix in cauſone flobotomiam fieri oportere: vt corpus infrigidet̄: ⁊ iſta in pauca quātitate fieri debet. Tertio ad humores vel vapores ad inferiora diuertendum: vt in letargia fit flobotomia ad diuertendos humores ne ad caput aſcendant. vt Galeñ. 13. terapentice capitulo. 15. ⁊ ex hoc etiam infertur in principio apoſtematū frigidorum q̄ fiunt per viam defluxus flobotomiā cōpetere. vt 3oar primo Teiſir tract̄. 3. capi. 5. in apoſtemate cerebri flegmatico in pauca quantitate flobotomiam fieri iubet. Quarto magnitudine morbi exiſtente flobotomia competit: etiam ſi ſigna repletionis non adſint. hoc voluit Galenus quarto terapentice cap. 6. et. 13. eiuſdē cap. 5. Quinto quādo aliquā operationem

manualē facere volumꝰ / fortis doloris ⁊ ſāguinis fluxū time-
mus. propter dolorē futurū flobotomamꝰ ante q̄ꝫ tale opus in-
cipiamus. vnde zoar. 2. teiſir capi. de diſlocatione oſſis: flobo-
tomiam ex oppoſita parte fieri iubet ante q̄ꝫ membrū ad locuꝫ
ſuū reducat. Sexto ad agitādū materiā fixam flobotomia cō-
petit. flobotomia eñ facit motū in hūoribꝰ. 4. primi. ⁊ ita quā-
do aliquē humorē fixum agitare volumꝰ ⁊ mouere / flobotoma
mus. vt in antiqua opilatione epatis flobotomia cōuenit: etiā
ſi ſigna ſanguinis nō adſint ex quo notas flobotomiā epar hu
mores promouēdo dopilare: ⁊ eos preparādo expulſioni. Secū
do etiā materiā minorādo q̄ eſt circa epar. Septio flobotomia
cōuenit: quādo febris fit ex obſtructione cutis. nam in iſto caſu
ante aperitiuorū fortiū oblationē flobotomiā fieri oportet: etiā
ſi ſigna repletiōis ſāguinis nō adſint. hoc gale. voluit. 8. terap.
cap. 4. idē auicēna p̄ma. 4. cap. 33. ⁊ ſic cōſtat in iſtis caſibꝰ flo-
botomiā cōpetere: etiā ſi nō ſint ſigna ſanguinis. vt dixi.

AD illud ꝙ dicis. Temirari qnomō dixiſſem expe-
rimēto nō eſſe acquieſcēdū. non dico illud qđ aſſe-
ris: ſed ſi experimētū abſqꝫ ratione bene ſuccedat.
in quinqꝫ vel ſeptem hominibꝰ credendū non eſſe
omnes homines tali medicina vel tali experimēto poſſe moueri
vt gale. affirmat. 3. apho. nam hypo. aliquā rem neceſſariā eſſe
nō dixit: niſi ex ratione aut rerū naturaliū inueſtigatione. ⁊ de
tali fallaci experimēto qđ abſqꝫ ratione (inquit Hypocrates)
experimētū fallax eſſe: quia timoroſum propter ſubiecti nobili-
tatē: attamē de experimēto ratione fulto nō loquor. nam iſtud
eſt inſtrumētū quo in hac arte procedit. vnde Galienꝰ. 1. apho.
cū ſic diximꝰ artem hanc ſine duobꝰ ijs inſtrumētis. ſ. rationis
adiumēto: ⁊ rerū expimēto operari nequeamꝰ. idem dicebat. 4.
ſimpliciū cap. 4. Et nos peruenimꝰ (inquit ipſe) ad verificādū
⁊ certificādū illud in vtriſqꝫ ſimul ex duobꝰ modis: quorū vnꝰ
eſt ſenſꝰ: ⁊ alter vō rōcinatio. Sed via verificationis quidē ex
ſenſu eſt / res ex operibꝰ cōfiteri. Via vero verificatiōis quidē

per ratiocinationem: eſt ipſa ſubſtantia: ⁊ cum rem per operationem iudicare ſit valde certū iudicium: ideo experimento ratione confirmato acquieſcendum eſt. ¶ Et quia te facere flobotomiam in principio pleureſis (corpore plectorico exiſtente) ex latere affecto: eſt experimentum abſqꝫ ratione: etiam ſi bene in aliquibus ſucceſſiſſet: tali experimēto non eſſet ſtandum affirmaui. Nolo amplius circa tua reliqua dicta inſiſtere: quoniā ſunt nullius ponderis: ac veluti armata chymera. ⁊ ideo cano receptui. ¶ Sed gracia lucidioris intellectus exemplum predictorum afferam. Siquis pleureſim patiatur ⁊ fuerit plectoricum ex affecto latere. primo diuertam ſaphenā lateris affecti flobotomando: etſi principium pleureſis nondum tranſactum fuerit: ⁊ dolor vehemens adhuc perſeuerauerit: ex oppoſita manu flobotomabo. ſed ſi dolor mitigatus fuerit per flobotomiam ſaphene vel principium iam tranſiſſe arbitraberis: ex cubito lateris affecti flobotomabo: ⁊ hanc quotiens opus fuerit reiterabo. ex quo infertur. Si dolor mitigatus fuerit per flobotomiam vene pedis. ⁊ ſi flobotomiam reiterandam eſſe cenſueris ex affecto latere venā ſecabis. idem facies ſi principium iam tranſactum iudicaueris: quod per ſputum nimis cum ſanguine commixtum ⁊ per alia iudicare poteris. ¶ Et ego fateor plures medicos noſtre regionis in cura huius morbi erraſſe. nam ſemper flobotomāt venā oppoſiti lateris dum dolor permanet: etiam ſi paruus ſit: ⁊ virtutem debilitant in tantum: ꝙ non poteſt expellere quod eſt collectum: ⁊ infirmꝰ moritur. ſed fieri debet eodem modo quo dixi: ⁊ longe melius eſſe exiſtimo: errare flobotomando venam lateris affecti ante tempus: q̄ꝫ lateris oppoſiti tranſacto ſuo tempore. nam teſte gale. 10. terapē. cap. 5. Robor virtutis eſt vna ſalus peripleumonicis ⁊ ſinmanticis ⁊ pleureticis. ⁊ cum virtꝰ magis debilitetur per diuerſionem q̄ꝫ per euacuationem (vt galeñ in lib. de flobotomia vult) ſequitur ergo: ꝙ melius eſt errare flobotomando venam affecti lateris ante tempus: q̄ꝫ ſecare venam oppoſiti poſt tempus

d īterminatum. vnde consulo: ſic tranſacto principio pleureſis egrum flobotomes ex latere oppoſito. hoc idem in debilibus aſſero: nam iis rectius ex latere dolenti flobotomabis: eo ꝙ lateris oppoſiti flobotomia virtutem multum debilitat: et debilitatem debilitati addere eſt valde periculoſum. nam licet non ſit tanta vis diuertendi flobotomie ex latere affecto facte ſicut oppoſiti: tamen aliqualiter diuertit propter equalem diſtātiam localem que eſt a lateris affecti baſilica ad locum doloris: ſicut a baſilica lateris ſani: vt ſuperius dicebatur: nec hoc arabes negant. nam nō ſemper affirmant venam ſecari debere in principio lateris affecti: nec etiam lateris oppoſiti ſemper: ſed medio modo eunt: ⁊ tu hoc tramite ibis tutiſſimus: vt ſuperius pluribus deduxi.

Thelos.

Alfonſus Rodricus Emanuelli Aluaro in Me-
dicina Licenciato. S. P. D.

Cum te literaꝝ ſtudia iam ab ineunte etate co-
luiſſe intellexiſſem: ⁊ ſubtili minerua oēs ſcien-
tie nouitates indagare. hanc Apologiā a do-
ctore Dioniſio nuper editā: tibi mittere nō dubitaui. q̄
nō min⁹ iocundā q̄ꝫ operi neceſſariā eſſe arbitror. cui⁹
argumētū eſt certamē quoddā circa ſāguinis detracti-
onē in pleureſi. ſ. an in initio ex latere affecto. l. oppoſito
detrahēd⁹ ſit: īter Petrū briſſotū ⁊ Dionyſiū fuit. Bri-
ſotus ex latere affecto in pricipio flobotomiā fieri opor-
tere aſſerebat. Dionyſi⁹ vero oppoſitā venā veterū viā
cuſtodiēdo ſecari affirmabat: illūqꝫ quodā tractatu ne
huic ſuſpitioni implicaret: ſed antiquorū veſtigia ſequi
vellet monebat. Ipſe nolens acquieſcere eius monitis:
nōnulla dicta taxare tentauit: quod cū ad manus Dio-
niſij perueniſſet: hanc apologiā edidit: in qua intētū ſuū
late ꝓbat: rationeſqꝫ eius ſoluit: ⁊ multa dicta eius ele-
ganter reprehēdit. quod cum ꝑlegeris ſubtiliterqꝫ ꝑſcru
tatus fueris: non mediocrem vtilitatem voluptatemqꝫ
te adepturum non dubites.

Vale.

RÉS. 6038 P.
BIBLIOTECA NACIONAL